

ret. Sed in usufructu hoc plus est, quia et constitutus, et postea amissus nihilo minus ius accrescendi admittit; omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt, et, ut Celsus et Iulianus eleganter aiunt, ususfructus quotidie constituitur et legatur, non ut proprietates eo solo tempore, quo vindicatur. Quum primum itaque non inveniet alter eum (1), qui sibi concurrat, solus utetur in totum, nec refert, coniunctim, an separatim relinquatur.

§ 4.—[2.] (2) Idem Iulianus libro trigesimo quinto Digestorum scripsit, si duobus heredibus institutis deducto usufructu proprietates legatur, ius accrescendi heredibus non habere; nam videri usufructum constitutum, non per concursum divisum;

2. [3.] AFRICANUS libro V. *Quaestionum*.—ideoque amissa pars usufructus ad legatarium eundemque proprietarium redibit.

3. [4.] ULPIANUS libro XVII. (3) *ad Sabinum*.—(4) Idem Neratius putat, cessare ius accrescendi, libro primo (5) *Responsorum*. Cui sententiae congruit ratio Celsi dicentis, toties ius accrescendi esse, quoties in (6) duobus, qui in solidum habuerunt, concursu divisus est.

§ 1.—Unde Celsus libro octavo decimo (7) scribit, si duo fundi domini deducto usufructu proprietatem tradiderint, uter eorum amiserit usufructum, ad proprietatem redire; sed non ad totum, sed cuiusque usufructum ei parti accedere, quam ipse tradiderit; ad eam enim partem redire debet, a qua initio divisus est.

§ 2.—Non solum autem, si duobus usufructus legatur, est ius accrescendi, verum et si alteri usufructus, alteri fundus legatus est; nam amittente usufructum altero, cui erat legatus, magis iure accrescendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec novum, nam et si duobus usufructus legatur, et apud alterum sit consolidatus, ius accrescendi non perit, neque ei, apud quem consolidatus est, neque ab eo; et ipse, quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem et nunc amittit. Et ita et Neratius et Aristonius videtur, et Pomponius probat.

4. [5.] IULIANUS libro XXXV. *Digestorum*.—Si tibi proprietates fundi legata fuerint, mihi autem et Maevio et tibi eiusdem fundi usufructus, habebimus ego et Maevius trientes in usufructu, unus triens proprietate miscabitur. Sive autem ego, sive Maevius capite minuti fuerimus, triens inter te et alterutrum nostrum dividetur, ita ut semissem in usufructu habeat is, qui ex nobis capite minutus non fuerat, ad te proprietates cum parte dimidia usufructus pertineat.

5. [6.] GAIUS libro VII. *ad Edictum provinciae*

(1) Quum itaque primus non inveniet alterum eum, *Hal.*  
 (2) Según las ediciones vulgares. — Hállase este §. en los *Fragm. Vatic.* §. 78.  
 (3) XVIII., *Hal.*

en la propiedad, porque repudiando el uno, tendría el otro todo el fundo. Pero en el usufructo hay esto más, porque constituido, y después perdido, admite no obstante el derecho de acrecer; pues en esto concordaron todos los autores en Plautio, y como discretamente dicen Celso y Juliano, el usufructo diariamente se constituye y se lega, no como la propiedad en sólo aquel tiempo en que se reivindicada. Así, pues, desde luego que uno no encuentre á otro que concorra con él, él solo usará de todo, y no importa que se deje conjunta ó separadamente.

§ 4. [2.]—Escribió el mismo Juliano en el libro trigésimo quinto del Digesto, que si se legara la propiedad, deducido el usufructo, á dos herederos instituidos, los herederos no tienen el derecho de acrecer; porque se entiende constituido el usufructo, no dividido por concurso;

2. [3.] AFRICANO; *Quaestiones, libro V.*—y por tanto, la parte perdida de usufructo volverá al legatario y al mismo propietario.

3. [4.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Opina el mismo Neracio en el libro primero de las Respuestas, que cesa el derecho de acrecer. Con cuyo parecer concuerda la doctrina de Celso, que dice, que hay derecho de acrecer siempre que entre dos, que lo tuvieron solidariamente, se dividió por concurso (el usufructo).

§ 1.—Por lo cual escribe Celso en el libro décimo octavo, que si dos dueños de un fundo hubieren transmitido la propiedad deducido el usufructo, y uno de los dos hubiere perdido el usufructo, revierte á la propiedad; pero no á la totalidad, sino que el usufructo de cada uno se reincorpora á la parte que el mismo hubiere transmitido; porque debe retornar á aquella parte de que al principio fué separado.

§ 2.—Pero hay derecho de acrecer no solamente si á dos se lega el usufructo, sino también si á uno se legó el usufructo, y á otro el fundo; porque perdiendo el usufructo aquel á quien había sido legado, por derecho de acrecer más bien pertenece al otro, que revierte á la propiedad. Y no es cosa nueva, porque también si á dos se legara el usufructo, y se hubiera consolidado en uno, no fenece el derecho de acrecer, ni para aquel en quien se consolidó, ni por este; y de los mismos modos que lo perdería antes de la consolidación, también ahora lo perderá el mismo. Y así le parece bien á Neracio y á Aristonius, y lo aprueba Pomponio.

4. [5.] JULIANO; *Digesto, libro XXXV.*—Si se te hubiere legado la propiedad de un fundo, pero á mí, y á Mevio, y á ti el usufructo del mismo fundo, tendremos yo y Mevio terceras partes en el usufructo, y una sola tercera parte estará unida con la propiedad. Pero si yo, ó Mevio hubiéremos sido disminuidos de cabeza, la tercera parte se dividirá entre ti y el otro de nosotros, de suerte que tenga la mitad en el usufructo el que de nosotros no había sido disminuido de cabeza, y á ti te pertenezca la propiedad con la otra mitad del usufructo.

5. [6.] GAYO; *Comentarios al Edicto provin-*

(4) Véanse *Fragm. Vatic.* §. 79. 80. 83.  
 (5) secundo, *Hal.*  
 (6) a, *Hal.*  
 (7) XXIII., *Vulg.*

le.—Et si tradideris alicui proprietatem deducto usufructu, nihilo minus putat Iulianus accrescere, nec videri novum tibi acquiri usumfructum.

6. [7.] ULPIANUS libro XVII. (1) ad Sabinum.—Idem, et si apud unum ex tribus fructuariis consolidatus sit usufructus.

§ 1.—Sed si cui proprietatem deducto usufructu legata sit, et mihi pars usufructus, videndum erit, an inter me et heredem ius accrescendi versetur; et verum est; ut quisquis amiserit, ad proprietatem revertetur.

§ 2.—Si mihi usufructus fundi pure, tibi sub conditione legatus sit, potest dici, totius fundi usufructum ad me pertinere interim, et si capite minutus fuero, totum amittere, sed si extiterit conditio, totum usufructum ad te pertinere, si forte capite deminutus (2) sum; ceterum quum in meo statu maneo, communicandum usufructum.

7. [8.] PAULUS libro III. ad Sabinum.—Si quis Attio (3) et heredibus suis usufructum legaverit, dimidiam Attius, dimidiam heredes (4) habebunt. Quodsi ita scriptum sit: «Attio et Seio (5) cum heredibus meis», tres partes fient, ut unam habeant heredes, tertiam (6) Attius, tertiam Seius (7). Nec enim interest ita legetur: «illi et illi cum Maevio», an ita: «illi et illi et Maevio».

8. [9.] ULPIANUS libro XVII. (8) ad Sabinum.—Si mulieri cum liberis suis usufructus legetur, amissis liberis ea usufructum habet; sed et matre mortua liberi eius nihilo minus usufructum habent iure accrescendi. Nam et Iulianus libro trigesimo (9) Digestorum ait, idem intelligendum in eo, qui solos liberos heredes scripserit, licet non ut legatarios eos nominaverit, sed ut ostenderet magis, velle se matrem ita frui, ut liberos secum habeat fruente. Sed et Pomponius quaerit, quid si mixti (10) fuerint liberi et extranei heredes? Et ait, filios legatarios esse intelligendos. Et per contrarium, si voluerit (11) eos liberos simul cum matre frui, debere dici, matrem legatariam esse intelligendam; et per omnia similem esse et in hoc casu iuris eventum.

9. [10.] AFRICANUS libro V. Quaestionum.—Si proprietatem fundi duobus, usufructus uni legatus sit, non trientes in usufructu habent, sed semissem duo, semissem fructuarius; item contra, si duo fructuarii, et unus fundi legatarius sit.

10. [11.] ULPIANUS libro XVII. (12) ad Edi-

(1) XVIII., Hal.  
 (2) minutus, Hal.  
 (3) Titulo, Vulg.  
 (4) eius, inserta Hal.  
 (5) Maevio, Hal.  
 (6) alteram, Hal.  
 (7) Maevius, Hal.

cial, libro VII.—Y si hubieres transmitido á alguien la propiedad deducido el usufructo, opina, no obstante, Juliano, que se acrece, y que no parece cosa nueva que para tí se adquiriera el usufructo.

6. [7.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Lo mismo, también si en uno de tres usufructuarios se hubiera consolidado el usufructo.

§ 1.—Pero si á alguno se hubiera legado la propiedad deducido el usufructo, y á mi parte del usufructo, se habrá de ver si entre mí y el heredero haya el derecho de acrecer; y es verdad; de suerte que lo que cualquiera perdiere revertirá á la propiedad.

§ 2.—Si el usufructo se me hubiera legado á mí puramente, y á tí bajo condición, puede decirse que entretanto me pertenece el usufructo de todo el fundo, y que si yo fuere disminuido de cabeza lo pierdo en su totalidad, pero que si se hubiere cumplido la condición, te pertenece todo el usufructo, si acaso fui disminuido de cabeza; mas si permanezco en mi estado, se ha de hacer común el usufructo.

7. [8.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si alguno hubiere legado el usufructo á Accio y á sus herederos, Accio tendrá la mitad, y los herederos la otra mitad. Pero si se hubiera escrito de este modo: «A Accio y á Seyo con mis herederos», se harán tres partes, de suerte que los herederos tengan una, otra tercera Accio, y otra tercera Seyo. Porque tampoco importa que se legue así: «á aquel y á aquel con Maevio», ó así: «á aquel y á aquel y á Maevio».

8. [9.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Si el usufructo se legase á una mujer con sus hijos, perdidos los hijos, tiene ella el usufructo; pero también muerta la madre tienen no obstante sus hijos el usufructo por derecho de acrecer. Porque también Juliano dice en el libro trigésimo del Digesto, que ha de entenderse lo mismo respecto de aquel que á solos los hijos hubiere instituido herederos, aunque no los hubiere nombrado como legatarios, sino más bien para mostrar que quería que la madre usufructuase de modo que consigo tuviera á los hijos usufructuando. Pero también Pomponio pregunta, ¿qué, si mezclados hubieren sido herederos los hijos y extraños? Y dice, que los hijos han de ser considerados legatarios. Y que por el contrario, si hubiere querido que estos hijos usufructuasen juntamente con la madre, debe decirse que ha de reputarse legataria á la madre; y que en todo es semejante también en este caso la resolución del derecho.

9. [10.] AFRICANO; *Cuestiones, libro V.*—Si la propiedad de un fundo se hubiera legado á dos, y á uno el usufructo, no tienen terceras partes en el usufructo, sino los dos la mitad, y la otra mitad el usufructuario; igualmente al contrario, si dos fuesen usufructuarios, y uno legatario del fundo.

10. [11.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro*

(8) XVIII., Hal.—Hállase este fragmento en los *Fragm. Vatic.* §. 86. 87. 88.  
 (9) quinto, inserta Hal.  
 (10) mistim, Hal.  
 (11) noluerit, Hal.  
 (12) VII., Hal.

*ctum.*—Interdum pars ususfructus et non habenti partem suam, sed amittenti accrescit; nam si ususfructus duobus fuerit legatus, et alter lite contestata amiserit ususfructum, mox et collegatarius, qui litem contestatus non erat, ususfructum amisit, partem dimidiam duntaxat, quam amisit, qui litem contestatus est adversus eum, qui se liti obtulit, a possessore consequitur; pars enim collegatarii ipsi accrescit, non domino proprietatis, ususfructus enim personae accrescit, etsi fuerit amissus.

11. [12.] PAPINIANUS *libro II. Definitionum.*—Quum singulis ab heredibus singulis eiusdem rei fructus (1) legatur, fructuarii separati videntur non minus, quam si acquis portionibus duobus eiusdem rei fructus legatus fuisset; unde fit, ut inter eos ius accrescendi non sit,

12. [13.] ULPIANUS *libro XVII. (2) ad Sabinum.*—quum alius ab alio herede ususfructum vindicat.

## TIT. III

## QUANDO DIES USUSFRUCTUS LEGATI CEDAT

1. ULPIANUS *libro XVII. (3) ad Sabinum.*—Quamquam ususfructus ex fruendo consistat, id est facto aliquo eius, qui fruitur et utitur, tamen semel cedit dies; aliter atque si cui in menses, vel in dies, vel in annos singulos quid legetur, tunc enim per dies singulos, vel menses, vel annos dies legati cedit. Unde quaeri potest, si ususfructus cui per dies singulos legetur, vel in annos singulos, an semel (4) cedat; et puto non cedere simul, sed per tempora adiecta, ut plura legata sint. Et ita libro quarto (5) Digestorum Marcellus probat in eo, cui alternis diebus ususfructus legatus est.

§ 1.—Et ideo, si is fructus (6) legatus sit, qui quotidie percipi non potest, non erit inutile legatum, sed dies (7) habebunt legatum, quibus (8) frui potest.

§ 2.—Dies autem ususfructus, item usus non prius cedet, quam hereditas adeatur; tunc enim constituitur ususfructus, quum quis iam (9) frui potest. Hac ratione etsi servo hereditario ususfructus legetur, Iulianus scribit, quamvis cetera legata hereditati acquirantur, in usufructu tamen personam domini expectari, qui uti et frui possit.

§ 3.—Item si ex die ususfructus legetur, dies eius nondum cedet, nisi quum dies venit; posse enim ususfructum ex die legari, et in diem, constat.

§ 4.—Non solum autem ususfructus ante adi-

(1) ususfructus, *Vulg.*

(2) XVIII., *Hal.*

(3) XVIII., *Hal.*—Hállase este fragmento en los *Fragm. Vatic.* §. 59. 60.

(4) an dies simul cedat *Hal.*

XVII.—A veces una parte del usufructo acrece también al que no tiene su parte, sino que la perdió; porque si el usufructo se hubiere legado á dos, y uno, contestada la demanda, hubiere perdido el usufructo, y después también el colegatario, que no había contestado la demanda, perdió el usufructo, sólo consigue del poseedor la mitad, que perdió, el que contestó el litigio contra el que se opuso á la demanda; porque la parte del colegatario acrece á él mismo, no al dueño de la propiedad, pues el usufructo acrece á la persona, aunque se hubiere perdido.

11. [12.] PAPINIANO; *Defniciones, libro II.*—Cuando el usufructo de una misma cosa se lega á cada uno á cargo de cada uno de los herederos, se entiendo que los usufructuarios son separados, no de otra suerte que si por iguales porciones se hubiese legado á dos el usufructo de la misma cosa; de donde resulta, que no haya entre ellos derecho de acrecer,

12. [13.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—cuando cada uno vindica de otro heredero el usufructo.

## TITULO III

## CUÁNDO COMIENZA Á CORRER EL TÉRMINO DEL LEGADO DE USUFRUCTO

1. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Aunque el usufructo consista en el disfrute, esto es, en algún hecho de aquel que usufructúa y usa, sin embargo, comienza á correr el término una sola vez; y al contrario, si á alguien se legara alguna cosa por meses, ó por días, ó por cada año, porque entonces el término del legado empieza á correr para cada día, ó mes, ó año. Por lo que puede preguntarse, si acaso empezará á correr una sola vez, si á alguien se legase el usufructo para cada día, ó para cada año; y opino que no empieza á correr simultáneamente, sino en los plazos señalados, como quiera que sean muchos legados. Y así lo aprueba Marcelo en el libro cuarto del Digesto, respecto de aquel á quien se legó el usufructo para días alternos.

§ 1.—Y por esto, si se hubiera legado un usufructo que no puede percibirse todos los días, no será inútil el legado, sino que tendrán el legado los días en que puede disfrutarlo.

§ 2.—Mas el término del usufructo, así como el del uso, no empezará á correr antes que se ada la herencia; porque el usufructo se constituye entonces cuando alguien puede ya usufructuar. Por esta razón, aunque se legue el usufructo á un esclavo de la herencia, escribe Juliano, no obstante que los demás legados se adquieran para la herencia, en el usufructo, sin embargo, se espera á que la persona del dueño pueda usar y usufructuar.

§ 3.—Asimismo, si se legara el usufructo desde cierto día, no empezará á correr su término, sino cuando venza el término; porque es sabido que puede legarse el usufructo desde cierto día, y hasta cierto día.

§ 4.—Pero antes de adida la herencia no sola-

(5) tertio, *Hal.*

(6) si ususfructus, *Hal.*

(7) hi, *inserta Hal.*

(8) uti, *inserta Hal.*

(9) uti, *inserta Hal.*

tam hereditatem dies non cedit, sed nec actio de usufructu; idemque, et si ex die fuerit legatus usufructus. Denique Scaevola ait, agentem ante diem usufructus nihil facere, quamvis alias, qui ante diem agit, male agit.

## TIT. IV.

QUIBUS MODIS USUSFRUCTUS VEL USUS  
AMITTITUR

1. ULPIANUS libro XVII. (1) *ad Sabinum*.—(2) Non solum usufructum amitti capitis minutione constat, sed et actionem de usufructu; et parvi refert, utrum iure sit constitutus usufructus, an vero tutione Praetoris. Proinde traditus quoque usufructus, item in fundo vectigali vel superficie non (3) iure constitutus capitis minutione amittitur.

§ 1.—(4) Sed ita demum amittitur capitis deminutione usufructus, si iam constitutus est, ceterum si ante aditam hereditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus est, constat non amitti.

§ 2.—Si tibi fundus ex die legatus est, et usufructum mihi rogatus es restituere, videndum erit, si capite minutus fuero intra diem legato tuo insertum, ne forte salvus sit mihi usufructus, quasi ante diem cedentem capitis minutio interveniat; quod benigne dici poterit.

§ 3.—(5) Usque adeo autem capitis minutio eum demum usufructum perimit, qui iam constitutus est, ut si in singulos annos, vel menses, vel dies legatus sit, is demum amittatur (6), qui iam processit; et si forte in annos singulos legatus est, illius duntaxat anni usufructus amittitur, et si in menses, eius mensis, si in dies, eius diei.

2. PAPINIANUS libro XVII. (7) *Quaestionum*.—Si duobus separatim alternis annis usufructus relinquatur, continuis annis proprietatis nuda est, quum, si legatarium unum substituas, cui alternis annis legatus sit usufructus, plena sit apud heredem proprietatis eo tempore, quo ius fruendi legatario non est. Quodsi ex duobus illis alter cedat, per vices temporum plena proprietatis erit; neque enim accrescere alteri quidquam potest, quoniam (8) propria quisque tempora non concurrente altero fructus integri habuit.

§ 1.—Si non mors, sed capitis deminutio intercesserit, quia plura legata sunt, illius anni tantum, si modo ius fruendi habuit, fructus amissus erit; quod et in uno legatario, qui fructum in singulos annos accepit, defendendum est, ut commemoratio temporum repetitionis potestatem habeat.

§ 2.—Quum singulis fructus alternis annis le-

mente no empieza á correr el término del usufructo, sino que tampoco la acción de usufructo; y lo mismo, también si desde cierto día se hubiere legado el usufructo. Finalmente, dice Scévola, que nada hace el que reclama antes del día del usufructo, aunque en otros casos reclama mal el que demanda antes de tiempo.

## TÍTULO IV

DE QUÉ MODOS SE PIERDE EL USUFRUCTO  
Ó EL USO

1. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII*.—Consta que por la disminución de cabeza se pierde no sólo el usufructo, sino también la acción de usufructo; y poco importa que el usufructo haya sido constituido por derecho, ó por protección del Pretor. Por lo cual, también el usufructo entregado, así como el no constituido con arreglo á derecho sobre un fundo tributario ó sobre una superficie, se pierde por la disminución de cabeza.

§ 1.—Pero por la disminución de cabeza se pierde el usufructo solamente si ya está constituido, pero si alguno fué disminuido de cabeza antes de adida la herencia, ó antes de que empezara á correr el término, consta que no se pierde.

§ 2.—Si se te legó un fundo desde cierto día, y se te rogó que me restituyeras el usufructo, se habrá de ver, si yo hubiere sido disminuido de cabeza dentro del término señalado á tu legado, si es que no me queda salvo el usufructo, cual si la disminución de cabeza sobreviniera antes de empezar á correr el término; lo que por benigna interpretación podrá decirse.

§ 3.—Pero de tal suerte la disminución de cabeza extingue solamente el usufructo, que ya está constituido, que si hubiera sido legado para cada año, ó mes, ó día, únicamente se pierde el que ya pasó; y si acaso se legó para cada año, se perderá el usufructo tan sólo de aquel año, y si para cada mes, el de aquel mes, y si para cada día, el de aquel día.

2. PAPINIANO; *Cuestiones, libro XVII*.—Si separadamente se dejara á dos el usufructo en años alternos, la propiedad es nuda en años continuos, porque si en su lugar pusieras un sólo legatario, al que se haya legado el usufructo para años alternos, la propiedad es plena para el heredero en aquel tiempo en que el legatario no tiene el derecho de usufructuar. Pero si falleciese uno de aquellos dos, la propiedad será plena en los turnos temporales; porque ni nada puede acrecer para el otro, pues cada cual tuvo sus propios periodos del usufructo íntegro sin la concurrencia del otro.

§ 1.—Si hubiere sobrevenido no la muerte, sino la disminución de cabeza, como son muchos los legados, se habrá perdido el usufructo tan sólo de aquel año, si es que tuvo el derecho de usufructuar; lo cual se ha de decir también respecto de un sólo legatario, que recibió el usufructo para cada año, de suerte que la mención de tiempos tenga fuerza de repetición.

§ 2.—Cuando á cada uno se lega el usufructo

(1) XVIII., *Hal.*

(2) Véanse *Fragm. Vatic.* §. 61.

(3) non, *omitela la Vulg.*

(4) Véanse *Fragm. Vatic.* §. 62.

(5) Véanse *Fragm. Vatic.* §. 63.

(6) *Hal. Vulg.*; amittitur, *Fl.*

(7) XII., *Hal.*

(8) per, *insertan Hal. Vulg.*

gatur, si consentiant in eundem annum, impediuntur, quod non id actum videtur, ut concurrerent; multum etenim refert, duobus simul alternis annis legetur,—quod sane ultra primum annum procedere (1) non poterit, non magis, quam si uni legatus (2) ita fuisset,—an singulis alternis annis; nam si concurrere volent, aut impediuntur invicem propter voluntatem, aut si ea non refragabitur, singulorum annorum fructus vacabit.

3. ULPIANUS libro XVII. (3) ad Sabinum.—(4) Sicut in annos singulos ususfructus legari potest, ita et capitis minutione amissus legari potest, ut adiciatur: «quotiesque (5) capite minutus erit, ei (6) lego», vel sic: «quoties amissus erit», et tunc, si capitis minutione amittatur, repetitus videbitur. Unde tractatum est, si cui, quamdiu vivat, ususfructus legatus sit, an videatur repetitus, quoties amissus est; quod et Maccianus tentat, et puto repetitum videri. Quare si usque ad tempus (7) sit legatus, ut puta usque ad decennium, idem erit dicendum.

§ 1.—Haec autem repetitio, quae fit post amissum capitis minutione ususfructum, quaeritur, an et ius accrescendi secum salvum (8) habeat; ut puta Titio et Maevio ususfructus legatus est, et si Titius capite minutus esset, eidem ususfructum legavit; quaesitum est, si Titius ex repetitione ususfructum haberet, an inter eos ius accrescendi salvum esset? Et Papinianus libro septimo decimo (9) Quaestionum scribit, salvum esse, perinde ac si alius esset Titio in usufructu substitutus; hos enim, tametsi non verbis, re tamen coniunctos videri.

§ 2.—Idem Papinianus quaerit, si Titio et Maevio usufructu legato, in repetitione ususfructus non totum, sed partem Titio relegasset, (10) an viderentur coniuncti? Et ait, si quidem Titius amiserit, totum socio (11) accrescere; quodsi Maevius amississet, non totum (12) accrescere, sed partem ad eum, partem ad proprietatem redire. Quae sententia habet rationem, neque enim potest dici, eo momento, quo quis amittit ususfructum et reseruit, etiam ipsi quidquam ex usufructu accrescere; placet enim nobis, ei, qui amittit ususfructum, ex eo, quod amittit, nihil accrescere.

§ 3.—Morte quoque amitti ususfructum, non recipit dubitationem, quum ius fruendi morte extinguatur, sicuti si quid aliud, quod personae cohaeret.

4. MARCIANUS libro III. Institutionum.—Si legatum ususfructum legatarius alii restituere rogatus est, id agere Praetor debet, ut ex fideicom-

en años alternos, si convinieran en un mismo año, se excluyen, porque se entiende que no se dispuso esto para que concurriesen; porque hay mucha diferencia entre que se legue á dos conjuntamente en años alternos,—lo que, á la verdad, no podrá extenderse más allá del primer año, no de otra suerte que si á uno solo se hubiese así legado,— ó á cada uno en años alternos; porque si quisieran concurrir, ó se excluirán mutuamente por causa de la disposición testamentaria, ó si ésta no lo impidiere, vacará el usufructo de cada un año.

3. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Así como se puede legar el usufructo para cada año, así también puede legarse el perdido por la disminución de cabeza, con tal que se añada: «y cuantas veces hubiere sido disminuido de cabeza se lo lego»; ó así: «cuantas veces hubiere sido perdido», y entonces, si se perdiera por la disminución de cabeza, se considerará repetido. De aquí que se discutió, si, cuando á alguno se haya legado el usufructo para mientras viva, se considerará repetido cuantas veces se perdió; lo que también examina Meciano, y yo opino que se considere repetido. Por lo cual, si se hubiera legado hasta cierto tiempo, por ejemplo, por un decenio, se habrá de decir lo mismo.

§ 1.—Mas, preguntase, si esta repetición, que se hace después de perdido el usufructo por la disminución de cabeza, tendrá también salvo consigo el derecho de acrecer; por ejemplo, se legó el usufructo á Ticio y á Mevio, y si Ticio hubiese sido disminuido de cabeza, le legó el usufructo al mismo; se preguntó, si Ticio tuviera el usufructo en virtud de la repetición, ¿quedaría salvo entre ellos el derecho de acrecer? Y escribe Papiniano en el libro décimo séptimo de las Cuestiones, que queda salvo, lo mismo que si otro hubiese sido substituído á Ticio en el usufructo; porque á éstos, aunque no verbalmente, se les considera conjuntos en la cosa.

§ 2.—Pregunta el mismo Papiniano, si legado el usufructo á Ticio y á Mevio, en la repetición se hubiese vuelto á legar á Ticio el usufructo no total, sino en parte, ¿se considerarían conjuntos? Y dice, que si verdaderamente Ticio lo hubiere perdido, todo él acrece al socio; pero que si lo hubiese perdido Mevio, no todo acrece, sino que parte revierte á él, y parte á la propiedad. Cuyo parecer se funda en razón, porque no puede decirse que en aquel momento en que alguien pierde el usufructo y lo recobra, acrezca también para él alguna cosa por causa del usufructo; porque nos parece bien, que al que pierde el usufructo, no le acrezca nada en virtud de aquello que pierde.

§ 3.—No admite duda, que también por la muerte se pierde el usufructo, porque el derecho de disfrutar se extingue con la muerte, lo mismo que otro cualquiera que sea inherente á la persona.

4. MARCIANO; *Instituta, libro III.*—Si se rogó al legatario que restituya á otro el usufructo legado, el Pretor debe determinar esto, que el usu-

(1) *Taur.*; praecedere, *Fl.*, *Br.*  
(2) legatum, *Hal.*  
(3) XVIII., *Hal.*  
(4) Véanse *Fragm. Vatic.* §. 64.  
(5) «quoties quis», *la Vulg.*  
(6) do, *inserta Hal.*

(7) diem, *Hal.*  
(8) salvum, *omitela Hal.*  
(9) libro V., *Vulg.*  
(10) legasset, *Hal.*  
(11) Maevio, (*en lugar de socio*), *Hal.*  
(12) Titio, *inserta la Vulg.*

missarii persona magis, quam ex legatarii pereat ususfructus.

5. **ULPIANUS libro XVII. (1) ad Sabinum.**—Repeti potest legatus ususfructus amissus qualicumque ratione, dummodo non morte, nisi forte heredibus (2) legaverit.

§ 1.—Si quis usumfructum solum servi alienaverit, per quem ususfructus ei acquisitus est, dubium non est, quin ususfructus per eum acquisitus retineatur.

§ 2.—Rei mutatione interire usumfructum placet; veluti ususfructus mihi aedium legatus est, aedes corruerunt vel exustae sunt, sine dubio extinguitur. An et areae? Certissimum est, exustis aedibus nec areae, nec caementorum usumfructum deberi; et ita et Iulianus.

§ 3.—Si areae sit ususfructus legatus, et in ea aedificium sit positum, rem mutari, et usumfructum extingui constat. Plane si proprietarius hoc fecit, ex testamento, vel de dolo tenebitur.

6. **POMPONIUS libro V. ad Sabinum.**—Sed et interdictum Quod vi aut clam usufructuario competit,

7. **IULIANUS (3) libro XXXV. Digestorum.**—nisi sublato aedificio usumfructum areae mihi cesserit, tempore scilicet, quo ususfructus perit, transacto.

8. **ULPIANUS libro XVII. (4) ad Sabinum.**—Fundi usufructu legato si villa diruta sit, ususfructus non extinguetur, quia villa fundi accessio est; non magis, quam si arbores deciderint.

9. **PAULUS libro III. ad Sabinum.**—Sed et eo quoque solo, in quo fuit villa, uti frui potero.

10. **ULPIANUS libro XVII. (5) ad Sabinum.**—Quid tamen, si fundus villae fuit accessio? Videamus, ne etiam fundi ususfructus extinguitur; et idem dicendum est, ut non extinguitur.

§ 1.—Non tantum si aedes ad arcam redactae sint, ususfructus extinguitur, verum etiam si demolitis aedibus testator alias novas restituerit; plane si per partes reficiat, licet omnis nova facta sit, aliud erit nobis dicendum.

§ 2.—Agri vel loci ususfructus legatus, si fuerit inundatus, ut stagnum iam sit aut palus, procul dubio extinguetur.

§ 3.—Sed et si stagni ususfructus legetur, et exaruerit sic, ut ager sit factus, mutata re ususfructus extinguitur.

§ 4.—Non tamen, si arvi ususfructus legetur, et ibi vineae (6) sint positae, vel contra, puto extingui; certe silvae usufructu legato, si silva

fructo fenece más bien por la persona del fideicomisario, que por la del legatario.

5. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.**—Puede reiterarse el usufructo legado, perdido por cualquiera razón, mientras no sea por la muerte, á no ser que acaso lo hubiere legado á los herederos.

§ 1.—Si alguno hubiere enagenado sólo el usufructo del esclavo, por el cual fué adquirido para él el usufructo, no hay duda de que se retenga el usufructo por él adquirido.

§ 2.—Está establecido, que por mutación de la cosa perece el usufructo; por ejemplo, si se me legó el usufructo de casas, y las casas se arruinaron ó se quemaron, sin duda que se extingue. ¿Acaso también el del solar? Es muy cierto, que, quemadas las casas, no se debe el usufructo ni del solar, ni de los cimientos; y así lo dice también Juliano.

§ 3.—Si se hubiera legado el usufructo de un solar, y en él se hubiera levantado un edificio, es cierto que se cambia la cosa, y que se extingue el usufructo. Mas si esto lo hizo el propietario, quedará obligado en virtud del testamento, ó por el dolo.

6. **POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro V.**—Pero también compete al usufructuario el interdicto «Lo que por fuerza ó clandestinamente»,

7. **JULIANO; Digesto, libro XXXV.**—á no ser que demolido el edificio me cediere el usufructo del solar, transcurrido, por supuesto, el tiempo en que fenece el usufructo.

8. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.**—Legado el usufructo de un fundo, si la casa se hubiera arruinado, no se extinguirá el usufructo, porque la casa es accesión del fundo; no de otra suerte, que si se hubieren arrancado los árboles.

9. **PAULO; Comentarios á Sabino, libro III.**—Pero también podré usufructuar el suelo en que estuvo la casa.

10. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.**—¿Pero qué, si el fundo fué accesión de la casa? Veamos, si no se extinga también el usufructo del fundo; y se ha de decir lo mismo, que no se extingue.

§ 1.—Mas no sólo se extingue el usufructo si las casas quedaron reducidas al solar, sino también si demolidas las casas hubiere el testador reedificado otras nuevas; pero si la reedificara por partes, aunque toda haya sido hecha nueva, habremos de decir otra cosa.

§ 2.—Legado el usufructo de un campo ó de un lugar, si se inundare, de suerte que sea ya estanque ó laguna, sin duda alguna que se extinguirá.

§ 3.—Pero también si se legase el usufructo de un estanque, y se hubiere secado, de modo que se haya hecho campo, cambiada la cosa, se extingue el usufructo.

§ 4.—Mas no opino que se extingue, si se legara el usufructo de un campo de labor, y en él se hayan plantado viñas, ó al contrario; pero, á la

(1) XVIII., *Hal.*  
(2) eius eum, *Hal. Vulg.*  
(3) *Taur.; Ulpianus, Fl., Br.*

(4) XVIII., *Hal.*  
(5) XVIII., *Hal.*  
(6) vites, *Hal.*

caesa illic sationes fuerint factae, sine dubio ususfructus extinguitur.

§ 5.—Si massae ususfructus legetur, et ex ea vasa sint facta, vel contra, Cassius apud Urseium scribit, interire usumfructum; quam sententiam puto veram.

§ 6.—Proinde et ornamentum dissolutum aut transfiguratum extinguit usumfructum.

§ 7.—In navis quoque ususfructu Sabinus scribit, si quidem per partes refecta sit, usumfructum non interire; si autem dissoluta sit, licet iisdem tabulis nulla praeterca adiecta restaurata sit, usumfructum extinctum. Quam sententiam puto veriore, nam etsi domus (1) fuerit restituta, ususfructus extinguitur.

§ 8.—Quadrigae ususfructu legato, si unus ex equis decesserit, an extinguatur ususfructus, quaeritur; ego puto multum interesse, equorum, an quadrigae ususfructus sit legatus; nam si equorum, supererit in residuis, si quadrigae, non remanebit, quoniam quadriga esse desiit,

11. PAULUS libro III. ad Sabinum.—nisi alius ante diem legati cedentem substitutus sit.

12. ULPIANUS libro XVII. (2) ad Sabinum.—Si cui balnei ususfructus legatus sit, et testator habitationem hoc fecerit, vel si tabernae, et diaetam fecerit, dicendum est, usumfructum extinctum.

§ 1.—Proinde et si histrionis reliquerit usumfructum, et cum ad aliud ministerium transtulerit, extinctum esse usumfructum, dicendum erit.

13. PAULUS libro III. ad Sabinum.—Si fructuarius (3) messem fecit, et decessit, stipulam, quae in messe (4) iacet, heredis eius esse Labeo ait, spicam, quae terra teneatur, domini fundi esse, fructumque percipi spica aut foeno caeso, aut uva adempta, aut excussa olea, quamvis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindemia coacta sit. Sed ut verum est, quod de olea excussa scripsit, ita aliter observandum de ea olea, quae per se deciderit. Iulianus ait, fructuarii fructus tunc fieri, quum eos perceperit, bonae fidei autem possessoris mox, quam a solo separati sint.

14. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Excepta capitis minutione vel morte, reliquae causae vel pro parte interitum ususfructus recipiunt.

15. ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Interdum proprietarius ad libertatem perducet, si forte ususfructus fuerit tamdiu legatus, quamdiu manumittatur; nam incipiente proprietario manumittere extinguetur ususfructus.

(1) domus diruta fuerit, et ex iisdem caementis tignisque restituta, *Vulg.*

(2) XVIII., *Hal.*

verdad, legado el usufructo de un bosque, si talado el bosque se hubieren hecho allí siembras, sin duda se extingue el usufructo.

§ 5.—Si se legara el usufructo de una masa, y de ella se hubieran hecho vasos, ó al contrario, escribe Cassio en sus notas á Urseyo, que se extingue el usufructo; cuya opinión estimo verdadera.

§ 6.—Por lo que, también un ornamento deshecho, ó cambiado de forma, extingue el usufructo.

§ 7.—También respecto al usufructo de una nave escribe Sabino, que si verdaderamente fué reconstruida por partes, no fenecer el usufructo; pero que si se hubiera deshecho, aunque haya sido reconstruida con las mismas tablas sin haberse agregado además ninguna, se extinguió el usufructo. Cuya opinión juzgo más verdadera, porque aunque se hubiere reconstruido una casa, se extingue el usufructo.

§ 8.—Legado el usufructo de una cuadriga, si hubiere muerto uno de los caballos, se pregunta si se extinguirá el usufructo; yo opino que importa mucho distinguir, si es que se haya legado el usufructo de los caballos, ó el de la cuadriga; porque si el de los caballos, subsistirá sobre los demás, y si el de la cuadriga, no subsistirá, porque dejó de existir la cuadriga,

11. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—á no ser que se haya substituido otro caballo antes de comenzar á correr el término del legado.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Si á alguno se hubiera legado el usufructo de un baño, y el testador hubiere hecho de él una habitación, ó el de una tienda, y de ella hubiere hecho un comedor, se ha de decir que se extinguió el usufructo.

§ 1.—De aquí, que también si hubiere dejado el usufructo de un histrión, y lo dedicare á otro oficio, se habrá de decir que se extinguió el usufructo.

13. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si el usufructuario hizo la siega, y murió, dice Labeo, que la mies que yace segada es de su heredero, y que las espigas que se sostengan en la tierra son del dueño del fundo, y que se percibe el fruto segada la mies ó el heno, ó cogida la uva, ó sacudida la aceituna, aunque todavía no se haya trillado el grano, hecho el aceite, ó pisado la vendimia. Pero así como es verdad lo que escribió de la aceituna sacudida, también se ha de observar lo contrario respecto de aquella aceituna que por sí se hubiere caído. Dice Juliano, que entonces se hacen del usufructuario los frutos, cuando los hubiere percibido, pero del poseedor de buena fe, inmediatamente después que hayan sido separados del suelo.

14. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Exceptuada la disminución de cabeza, ó la muerte, las demás causas admiten la extinción del usufructo aun en parte.

15. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—A veces puede el propietario dar la libertad, por ejemplo, si se hubiere legado el usufructo hasta tanto que se manumita; porque comenzando el propietario á manumitir, se extinguirá el usufructo.

(3) usufructuarius, *Hal. Vulg.*

(4) demessa, *Hal.*

16. IDEM *libro V. Disputationum.*—Si sub conditione mihi legatus sit usufructus, medioque tempore sit penes heredem, potest heres usumfructum alii legare; quae res facit, ut, si conditio extiterit mei legati, usufructus ab herede relictus finiatur. Quodsi ego usumfructum amisero, non revertetur ad legatarium, cui ab herede pure legatus fuerat, quia ex diversis testamentis ius coniunctionis non contingit.

17. IULIANUS *libro XXXV. Digestorum.*—Si tibi fundi usufructus pure, proprietates autem sub conditione Titio legatae fuerint, pendente conditione dominium proprietatis adquisieris, deinde conditio extiterit, pleno iure fundum Titius habebit, neque interest, quod detracto usufructu proprietates legatae sit; enim dum proprietatem adquisieris, ius omne legati usufructus amisisti.

18. POMPONIUS *libro III. (1) ad Sabinum.*—Si servo hereditario ante aditam hereditatem legatus usufructus fuisset, magis placet, aditam hereditate cum usumfructum ad te transire, nec interire quasi mutato dominio, quia nec dies ante cesserit, quam tu heres extiteris;

19. GAIUS *libro VII. ad Edictum provinciale.*—neque usufructus, neque iter actusve domini mutatione amittitur.

20. PAULUS *libro XV. ad Plautium.*—Is, qui usumfructum habet, si tantum utatur, quia existimet se usum tantum habere, an usumfructum retineat? Et siquidem sciens se usumfructum habere, tantum uti velit, nihilo minus et frui videtur, si vero ignoret, puto eum amittere fructum; non enim ex eo, quod habet, utitur, sed ex eo, quod putavit se habere.

21. MODESTINUS *libro III. (2) Differentiarum.*—Si usufructus civitati legetur, et aratrum in ea inducatur (3), civitas esse desinit, ut passa est Carthago; ideoque quasi morte desinit habere usumfructum.

22. POMPONIUS *libro VI. ad Quintum Mucium.*—Si mulieri usus domus legatus sit, et illa trans mare profecta sit, et constituto tempore ad amittendum usum abfuerit, maritus vero domo usus fuerit, retinetur nihilo minus usus; quemadmodum si familiam suam in domu (4) reliquisset, eaque peregrinaretur. Et hoc magis dicendum est, si uxorem in domu (5) reliquerit maritus, quam ipsi marito usus domus legatus sit.

23. IDEM *libro XXVI. ad Quintum Mucium.*—Si ager, cuius usufructus noster sit, flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur usufructus, quum etiam ipsa proprietates eo casu amittatur; ac

16. EL MISMO; *Disputas, libro V.*—Si bajo condición se me hubiera legado un usufructo, y en el tiempo intermedio perteneciera al heredero, puede el heredero legar á otro el usufructo; lo cual hace, que si se hubiere cumplido la condición de mi legado, fenezca el usufructo dejado por el heredero. Pero si yo hubiere perdido el usufructo, no revertirá al legatario, á quien puramente había sido legado por el heredero, porque de diversos testamentos no resulta el derecho de conjunción.

17. JULIANO; *Digesto, libro XXXV.*—Si á ti se te hubiere legado puramente el usufructo de un fundo, y á Ticio bajo condición la propiedad, y pendiente la condición adquirieres el dominio de la propiedad, y después se hubiere cumplido la condición, Ticio tendrá el fundo en pleno derecho, y no importa que se haya legado la propiedad, deducido el usufructo; porque adquiriendo la propiedad, perdiste todo el derecho del usufructo legado.

18. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si antes de adida la herencia se hubiese legado el usufructo á un esclavo de la herencia, se halla establecido que, adida la herencia, pase á ti este usufructo, y que no se extinga cual habiéndose mudado el dominio, porque no había comenzado á transcurrir el término antes que tú hubieras sido heredero;

19. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro VII.*—y ni el usufructo, ni la servidumbre de paso ó de conducción se pierde por la mutación de dominio.

20. PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro XV.*—Si el que tiene el usufructo tan sólo usara porque creyera que él únicamente tenía el uso, ¿pretendrá acaso el usufructo? Y si es que sabiendo que tiene el usufructo, tan sólo quisiera usar, se considera, no obstante, que también usufructúa; pero si lo ignorase, opino que éste pierde el usufructo; porque no usa por lo que tiene, sino por lo que juzgó que tenía.

21. MODESTINO; *Diferencias, libro III.*—Si el usufructo se legara á una ciudad, y ésta fuera arrasada, deja de ser ciudad, como sucedió á Carthago; y por lo tanto deja de tener el usufructo como por caso de muerte.

22. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro VI.*—Si el uso de una casa se hubiera legado á una mujer, y ésta se hubiera ido al otro lado del mar, y hubiere estado ausente el tiempo marcado para que se pierda el uso, pero su marido hubiere usado de la casa, se retiene, no obstante, el uso; de la misma manera que si en la casa hubiese dejado á su familia, y ella viajase. Y con más razón se ha de decir esto, si el marido hubiere dejado á su mujer en la casa, habiéndose legado al mismo marido el uso de la casa.

23. EL MISMO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XXVI.*—Si un campo, cuyo usufructo sea nuestro, hubiere sido inundado por río ó mar, se pierde el usufructo, porque también se pierde la misma

(1) V., *Hal.*  
(2) IV., *Hal.*  
(3) ducatur, *Hal.*

(4) domo, *Hal.*  
(5) domo, *Hal.*

ne piscando quidem retinere poterimus usumfructum. Sed quemadmodum, si eodem impetu discesserit aqua, quo venit, restituitur proprietatis, ita et usumfructum restituendum, dicendum est.

24. IAVOLENUS libro III. ex Posterioribus (1) Labeonis.—Quum usumfructum horti haberem, flumen hortum occupavit, deinde ab eo recessit; ins quoque ususfructus restitutum esse Labeoni videtur, quia id solum perpetuo eiusdem iuris mansisset. Ita id verum puto, si flumen inundatione hortum occupavit; nam si alveo mutato inde manare coeperit, amitti usumfructum existimo, quum is locus alvei publicus esse coeperit, neque in pristinum statum restitui possit (2).

§ 1.—Idem iuris (3) itinere et actu custodiendum esse ait Labeo; de quibus rebus ego idem, quod in usufructu sentio.

§ 2.—Labeo: nec si summa terra sublata ex fundo meo et alia regesta esset, idcirco meum solum esse desinit, non magis, quam stercoreto agro.

25. POMPONIUS libro XI. ex Variis Lectionibus.—Placet, vel certae partis, vel pro indiviso usumfructum non utendo amitti.

26. PAULUS libro I. ad Neratium.—Si ager ab hostibus occupatus, servusve captus liberatus fuerit, iure postliminii restituetur ususfructus.

27. IDEM libro I. Manualium.—Si servus, in quo ususfructus alienus est, noxae dedatur a domino proprietatis usufructuario, liberabitur confusa (4) servitute proprietatis comparatione.

28. IDEM libro XIII. (5) ad Plautium.—Si ususfructus (6) alternis annis legetur, non posse non utendo eum amitti, quia plura sunt legata.

29. ULPIANUS libro XVII. (7) ad Sabinum.—Pomponius quaerit, si fundum a me proprietarius conduxerit, eumque fundum vendiderit Seio non deducto usufructu, an usumfructum per emptorem retineam? Et ait, licet proprietarius mihi pensionem solverit, tamen usumfructum amitti, quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. Teneri plane mihi ex locato proprietarium, quanti mea interfuit, id factum non esse; quamquam si a me conductum usumfructum quis alii locaverit, retinetur ususfructus; sed si proprietarius eum locasset suo nomine, dicendum amitti, non enim meo nomine fruitur colonus.

propiedad en este caso; y ni aun pescando podremos retener el usufructo. Pero así como si el agua se hubiere retirado con el mismo impetu con que vino, se restituye la propiedad, así también se ha de decir, que se ha de restituir el usufructo.

24. JAVOLENO; *Doctrina de las obras póstumas de Labeon, libro III.*—Teniendo yo el usufructo de un huerto, el río ocupó el huerto, y después se retiró de él; á Labeon le parece que también se restituyó el derecho de usufructo, porque este suelo había permanecido perpétuamente de la misma condición de derecho. Esto lo juzgo verdadero, sólo si el río ocupó el huerto por inundación; porque si habiéndose mudado el álveo hubiere comenzado á correr por allí, estimo que se pierde el usufructo, porque aquel lugar del álveo comenzó á ser público, y no puede ser restituído á su primitivo estado.

§ 1.—Labeon dice, que el mismo derecho se ha de observar en las servidumbres de paso y de conducción; respecto de cuyas cosas yo opino lo mismo que respecto del usufructo.

§ 2.—Dice Labeon: aunque se hubiese quitado de mi fundo la tierra de encima y se le hubiese echado otra, no por eso deja de ser mio el suelo, no de otra suerte que habiendo sido estercolado un campo.

25. POMPONIO; *Doctrina de obras varias, libro XI.*—Se halla establecido, que por el no uso se pierda el usufructo ó de una parte cierta, ó de una indivisa.

26. PAULO; *Comentarios á Neracio, libro I.*—Si el campo ocupado por los enemigos, ó el esclavo cautivo hubiere quedado libre, se restituirá el usufructo por el derecho de postliminio.

27. EL MISMO; *Manuales, libro I.*—Si el esclavo, sobre el que un tercero tiene el usufructo, fuera dado por noxa al usufructuario por el dueño de la propiedad, quedará libre del usufructo por haberse confundido la servidumbre con la adquisición de la propiedad.

28. EL MISMO; *Comentarios á Plaucio, libro XIII.*—Si se legara el usufructo para años alternos, no se puede perder por el no uso, porque son muchos legados.

29. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Pregunta Pomponio, si el propietario me hubiere tomado en arrendamiento el fundo, y él hubiere vendido el fundo á Seyo sin deducción del usufructo, ¿retendrá yo el usufructo por medio del comprador? Y dice, que aunque el propietario me pagare la pensión, se pierde, sin embargo, el usufructo, porque no en mi nombre, sino en el suyo usufructuó el comprador. Pero, que á la verdad, el propietario me queda obligado por el arrendamiento, por tanto cuanto me importó que aquello no se hubiera hecho; aunque si alguno hubiere dado en arriendo á otro el usufructo que de mí tomó arrendado, se retiene el usufructo; pero si el propietario lo hubiese dado en arriendo en su nombre, se ha de decir que se pierde, porque el colono no usufructúa en mi nombre.

(1) Hal.; ex Posteriorum, Fl.

(2) Hal. Vulg.; posse, Fl.

(3) in, inserta acertadamente Hal.

(4) Taur.; concusa, Fl.

(5) XV., Hal.

(6) usus, omitela Hal.

(7) XVIII., Hal.

§ 1.—Sed si emptum a me usumfructum proprietarius vendidisset, an (1) amitterem usumfructum, quaerendum est. Et puto amitti, quoniam et hic non ut a me empto fruitur fundi emptor.

§ 2.—Idem Pomponius quaerit, si legatum mihi usumfructum rogatus sim tibi restituere, an per (2) te frui videar, nec amittatur ususfructus? Et ait, dubitare se de hac quaestione; sed est verius, quod Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommissario nocere, suo enim nomine utilem actionem eum habiturum.

30. GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale.—Caro et corium mortui pecoris in fructu non est, quia mortuo eo ususfructus extinguitur.

31. POMPONIUS libro IV. (3) ad Quintum Mucium.—Quum gregis ususfructus legatus est, et usque eo numerus pervenit gregis, ut grex non intelligatur, perit ususfructus.

## TIT. V

DE USUFRUCTU EARUM RERUM, QUAE USU  
CONSUMUNTUR VEL MINUUNTUR

1. ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Senatus censuit, ut omnium rerum, quas in cuiusque patrimonio esse constaret, ususfructus legari possit; quo Senatusconsulto inductum videtur, ut earum rerum, quae usu tolluntur vel minuuntur, possit ususfructus legari.

2. GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale.—Sed de pecunia recte caveri oportet his, a quibus eius pecuniae ususfructus legatus erit.

§ 1.—Quo Senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniae ususfructus proprie (4) esset; nec enim naturalis ratio auctoritate Senatus commutari potuit, sed remedio introducto coepit quasi ususfructus haberi.

3. ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Post quod (5) omnium rerum ususfructus legari poterit; an et nominum? Nerva negavit, sed est verius, quod Cassius et Proculus existimant, posse legari. Idem tamen Nerva, ipsi quoque debitori posse usumfructum legari, scribit, et remittendas ei (6) usuras;

4. PAULUS libro I. ad Neratium.—ergo cautio etiam ab hoc exigenda erit.

5. ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Hoc Senatusconsultum non solum ad eum pertinet, qui pecuniae usumfructum vel ceterarum rerum, quas habuit, legavit, verum et si fuerint alienae.

§ 1.—Si pecuniae sit ususfructus legatus vel aliarum rerum, quae in abusu consistunt, nec

(1) Hal.; an, omitela Fl.  
(2) pro, Hal.  
(3) III., Hal.

§ 1.—Pero si el propietario hubiese vendido el usufructo que me compró, se ha de ver, si yo perdería el usufructo. Y opino que se pierde, porque tampoco en este caso usufructúa el comprador del fundo como si de mí lo hubiera comprado.

§ 2.—Pregunta el mismo Pomponio, si se me hubiera rogado que te restituyese el usufructo que se me legó, parecerá que usufructúo por tí, y no se perderá el usufructo? Y dice, que él duda respecto de esta cuestión; pero es más verdadero, lo que nota Marcelo, que esto en nada perjudica al fideicomisario, porque éste habrá de tener en su propio nombre una acción útil.

30. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro VII.—La carne y el cuero del ganado muerto no pertenecen al usufructo, porque muerto aquél se extingue el usufructo.

31. POMPONIO; Comentarios a Quinto Mucio, libro IV.—Cuando se legó el usufructo de un rebaño, y el número de reses del rebaño llegó a tal, que no se considerara rebaño, perece el usufructo.

## TITULO V

DEL USUFRUCTO DE LAS COSAS QUE SE CONSUMEN  
Ó SE DISMINUYEN POR EL USO

1. ULPIANO; Comentarios a Sabino, libro XVIII.—Determinó el Senado, que pueda legarse el usufructo de todas las cosas que constase que existen en el patrimonio de cualquiera, por cuyo Senadoconsulto parece que se introdujo, que pueda legarse el usufructo de aquellas cosas que se consumen ó se disminuyen por el uso.

2. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro VII.—Pero respecto al dinero, conviene que debidamente se dé caución a aquellos a cargo de quienes se hubiere legado el usufructo de este dinero.

§ 1.—Por cuyo Senadoconsulto no se hizo esto, que propiamente hubiese usufructo de cantidad de dinero; porque la razón natural no se pudo alterar por la autoridad del Senado, pero introducido este remedio comenzó a tenerse un cuasi usufructo.

3. ULPIANO; Comentarios a Sabino, libro XVIII.—Después de cuyo Senadoconsulto podrá legarse el usufructo de todas las cosas; pero ¿caso también el de créditos? Nerva lo negó, pero es más verdadero, lo que estiman Cassio y Próculo, que puede legarse. Pero el mismo Nerva escribe, que también al mismo deudor puede legarse el usufructo, y que se le han de condonar los intereses;

4. PAULO; Comentarios a Neracio, libro I.—luego también de éste se habrá de exigir caución.

5. ULPIANO; Comentarios a Sabino, libro XVIII.—Este Senadoconsulto no sólo se refiere a aquel que legó el usufructo del dinero ó de las demás cosas que tuvo, sino también si éstas fueren ajenas.

§ 1.—Si se hubiera legado el usufructo de dinero ó de otras cosas, que sirven para el consumo, y no

(4) proprius, Hal.  
(5) postquam, Hal., Vulg.  
(6) eius, al margen interior del código Fl.

cautio interveniat, videndum, finito usufructu an pecunia, quae data sit, vel ceterae res, quae in absumptione sunt, condici possint. Sed si quidem adhuc constante usufructu cautionem quis velit condicere, dici potest, omissam cautionem posse condici incerti conditione; sed si (1) finito usufructu, ipsam quantitatem Sabinus putat posse condici; quam sententiam et Celsus libro octavo decimo Digestorum probat; quae mihi non inarguta videtur.

§ 2.—Quae in usufructu pecuniae diximus vel ceterarum rerum, quae sunt in abusu, eadem et in usu dicenda sunt; nam idem continere usum pecuniae et usufructum, et Iulianus scribit, et Pomponius libro octavo (2) de stipulationibus.

3. IULIANUS libro XXXV. Digestorum.—Si tibi decem millia legata fuerint, mihi eorundem decem millium usufructus, fient quidem tua tota decem millia, sed mihi quinque numerari debent ita, ut tibi caveam, tempore mortis meae aut capitis deminutionis restitutum iri. Nam et si fundus tibi legatus fuisset, et mihi eiusdem fundi usufructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, sed partem cum usufructu, partem sine usufructu; et non heredi, sed tibi caveam boni viri arbitrato.

§ 1.—Sed si duobus eorundem decem millium usufructus legatus fuerit, quina millia accipient, et invicem et (3) heredi satisfiabunt.

7. GAIVS libro VII. ad Edictum provinciale.—Si vini, olei, frumenti usufructus legatus erit, proprietatis ad legatarium transferri debet, et ab eo cautio desideranda est, ut, quandoque is mortuus aut capite deminutus sit, eiusdem qualitatis res restituatur, aut aestimatis rebus certae pecuniae nomine cavendum est; quod et commodius est. Idem scilicet de ceteris quoque rebus, quae usu (4) continentur, intelligemus.

8. PAPIANUS libro XVII. (5) Quaestionum.—Tribus heredibus institutis usufructum quindecim millium Titio legavit, et duos ex heredibus iussit pro legatario satisficere; placebat, utile esse cautionis quoque legatum, nec refragari Senatusconsultum, quia cautio non impediretur, et esso alterum legatum velut certi, alterum incerti. Usufructus itaque nomine partem pecuniae petendam ab eo, qui satis accepit a coherede, incertique cum eodem agendum, si satis non dedisset. Eum vero, qui satis praestitit, ac propter moram coheredis satis non accepit, neque fructus (6) nomine interim teneri propter Senatusconsultum neque actione incerti, quia coheredi satisfidit. Illud etiam nobis placet, legatarium cogendum promittere. Finito autem usufructu si coheredes ex causa fideiussoria convenirentur, eos

mediara cautionem, se ha de ver, si finido el usufructo se podrá reclamar ó el dinero, que se dió, ó las demás cosas que se consumen por el uso. Pero si verdaderamente subsistiendo todavía el usufructo quisiera alguno reclamar la cautionem, puede decirse, que puede reclamarse por la conditione de cosa incierta la cautionem que se dejó de dar; pero si habiendo finido el usufructo, opina Sabino, que puede pedirse por la conditione la misma cantidad; cuya opinion aprueba también Celso en el libro décimo octavo del Digesto; la cual no me parece infundada.

§ 2.—Lo mismo que hemos dicho respecto al usufructo de una cantidad de dinero, ó de las demás cosas que se consumen con el uso, se ha de decir también en cuanto al uso; porque escribe también Juliano, y Pomponio en el libro octavo de las estipulaciones, que lo mismo comprenden el uso y el usufructo de una cantidad de dinero.

6. JULIANO; Digesto, libro XXXV.—Si á ti se te hubieren legado diez mil, y á mi el usufructo de los mismos diez mil, ciertamente que se harán tuyos todos los diez mil, pero á mi se me deberán entregar cinco, siempre que te dé cautionem de que te habrán de ser restituidos al tiempo de mi muerte ó de mi disminucion de cabeza. Porque también si se te hubiese legado un fundo, y á mi el usufructo del mismo fundo, tendrías ciertamente la propiedad de todo el fundo, pero parte con el usufructo, y parte sin el usufructo; y no al heredero, sino á ti, daria yo cautionem de usufructuar á arbitrio de buen varón.

§ 1.—Pero si á dos se hubiere legado el usufructo de los mismos diez mil, cada uno recibirá cinco mil, y reciprocamente se darán cautionem, y también al heredero.

7. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro VII.—Si se hubiere legado el usufructo de vino, aceite, ó trigo, debe transferirse la propiedad al legatario, y ha de exigirse de él cautionem de que cuando haya muerto ó sido disminuido de cabeza se restituirá cosa de la misma calidad, ó, habiendo sido estimadas las cosas, se ha de dar cautionem por razón de la cantidad cierta; lo que es más cómodo. Lo mismo entenderemos, por supuesto, también respecto á las demás cosas que se comprenden en el uso.

8. PAPIANUS; Cuestiones, libro XVII.—Habiendo instituido tres herederos, el testador legó á Ticio el usufructo de quince mil, y mandó que dos de los herederos dieran fianza por el legatario; parecia bien, que también era útil el legado de la cautionem, y que á ello no se oponia el Senadoconsulto, porque no se impedía la cautionem, y que habia un legado como de cosa cierta, y otro de cosa incierta. Y así, que por razón del usufructo se ha de reclamar parte del dinero á aquel que recibió cautionem del coheredero, y que se ha de ejercitar contra él la acción de cosa incierta, si no hubiese dado cautionem. Pero que el que dió cautionem, y no la recibió por morosidad del coheredero, ni está obligado en el entretanto por razón del usufructo en virtud del Senadoconsulto, ni tampoco por la acción de cosa incierta, porque

(1) si, omittenda erradamente Hal., Vulg.

(2) XVII., Vulg.

(3) et, omittenda erradamente Hal.

(4) abusu, Hal.

(5) XVI., Hal.

(6) usufructus, Vulg.

mandati non acturos; non enim suscepisse mandatum, sed voluntati paruisse, denique cautionis legato liberatos. De illo nec diu tractandum fuit, secundum legatum, id est cautionis, non heredum videri, sed eius, cui pecuniae usufructus relictus est, cuique testator prospicere voluit, et cuius interesse credidit, fideiussores non suo periculo quaerere.

9. PAULUS libro I. ad Neratium.—In stipulatione de reddendo usufructu pecuniae duo soli casus interponuntur, mortis et capitis deminutionis,

10. ULPIANUS libro LXXIX. (1) ad Edictum.—quoniam pecuniae usus (2) aliter amitti non potest, quam his casibus.

§ 1.—Si usus tantum pecuniae legatus sit, quia in hac specie usus appellatione etiam fructum contineri magis accipiendum est, stipulatio ista erit interponenda. Et quidam aiunt, non ante hanc interponi stipulationem, quam data fuerit pecunia; ego autem puto, sive antea, sive postea ea pecunia data sit, tenere stipulationem.

11. IDEM libro XVIII. ad Sabinum.—Si lanae alicui legatus sit usufructus, vel odorum, vel aromatum, nullus videtur usufructus in istis iure constitutus, sed ad Senatusconsultum erit descendendum, quod de cautione eorum loquitur.

12. MARCIANUS libro VII. (3) Institutionum.—Quum pecunia erat relicta Titio ita, ut post mortem legatarii ad Maevium rediret, quamquam (4) adscriptum sit, ut usum eius Titius haberet, proprietatem tamen ei legatam, et usus mentionem factam (5), quia erat restituenda ab eo pecunia post mortem eius, Divi Severus et Antoninus rescripserunt.

## TIT. VI

SI USUSFRUCTUS PETATUR (6), VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR

1. ULPIANUS libro XVIII. ad Sabinum.—Si fundo fructuario servitus debeatur, Marcellus libro octavo apud Iulianum Labeonis et Nervae sententiam probat existimantium, servitutum quidem eum vindicare non posse, verum usumfructum vindicaturum, ac per hoc vicinum, si non patiat eum ire et agere, teneri ei, quasi non patiat uti frui.

§ 1.—Ususfructus legatus adminiculis eget, si

(1) LXIV., Hal.  
(2) Véase la nota 6 de la página anterior.  
(3) III., Hal.

dió fianza al coheredero. También nos parece bien, que se ha de obligar al legatario a prometer. Mas, finido el usufructo, si los coherederos fuesen demandados por causa de la fianza, ellos no han de ejercitar la acción de mandato; porque no recibieron un mandato, sino que obedecieron una última voluntad, y finalmente quedaron libres del legado de la caución. Tampoco hubo de discutirse mucho tiempo sobre esto, sobre que el segundo legado, ó sea el de la caución, no se considera de los herederos, sino de aquel á quien se dejó el usufructo de la suma de dinero, por quien quiso mirar el testador, y á quien creyó que interesaba no buscar fiadores á su propio riesgo.

9. PAULO; Comentarios á Neracio, libro I.—En la estipulación sobre devolución del usufructo de una cantidad de dinero, se interponen dos casos solos, el de muerte y el de la disminución de cabeza,

10. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXIX.—porque el uso de una cantidad de dinero no puede perderse sino en estos casos.

§ 1.—Si se hubiera legado tan sólo el uso de una cantidad, como quiera que en este caso se ha de entender más bien que con la denominación de uso se comprende también el usufructo, se habrá de interponer esta estipulación. Y dicen algunos, que esta estipulación no se interpone antes que se haya dado el dinero; pero yo opino, que es válida la estipulación, ora se haya dado antes, ora después, el dinero.

11. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XVIII.—Si á alguno se hubiera legado el usufructo de lana, ó de perfumes, ó de aromas, se entiende que no se ha constituido con arreglo á derecho ningún usufructo sobre estas cosas, sino que se habrá de recurrir al Senadoconsulto, que habla de la caución de ellas.

12. MARCIANO; Instituta, libro VII.—Habiéndose dejado á Ticio una cantidad con la condición de que después de la muerte del legatario volviese á Mevio, aunque se haya expresado que tuviera Ticio el uso de ella, contestaron por rescripto los Divinos Severo y Antonino, que no obstante se le había legado la propiedad, y que se había hecho mención del uso, porque el dinero debía ser restituído por él después de su muerte.

## TITULO VI

SI SE PIDIESE EL USUSFRUCTO, Ó SE NEGASE QUE PERTENEZCA Á OTRO

1. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVIII.—Si se debiera una servidumbre á un fundo usufructuario, aprueba Marcelo en el libro octavo de Juliano el parecer de Labeon y de Nerva, que opinan que no puede uno ciertamente vindicar la servidumbre, pero que deberá vindicar el usufructo, y que por esto, si no le permitiera pasar y conducir, le queda obligado el vecino, cual si no consintiera que usufructúe.

§ 1.—El legado de usufructo necesita de los ac-

(4) non, inserta Hal.  
(5) proprie tamen ei legatum esse usumfructum, quia, Hal.  
(6) Hal.; petetur, Fl.

ne quibus uti frui quis non potest; et ideo si ususfructus legatur, necesse est tamen, ut sequatur eum aditus, usque adeo, ut si quis usumfructum loci leget ita, ne heres cogatur viam praestare, inutiliter hoc adiectum videatur. Item si usufructu legato iter ademptum sit, inutilis est ademptio, quia (1) semper sequitur usumfructum.

§ 2.—Sed si ususfructus sit legatus, ad quem aditus non est (2) per hereditarium fundum, ex testamento utique agendo fructuarius consequetur, ut cum aditu sibi praestetur ususfructus.

§ 3.—Utrum autem aditus tantum et iter, an vero et via debeatur fructuario legato ei usufructu, Pomponius libro quinto dubitat; et recte putat, prout ususfructus perceptio desiderat, hoc ei praestandum.

§ 4.—Sed non et alias utilitates et servitutes ei heredes praestare debeat, puta luminum et aquarum, an vero non? Et puto eas solas praestare compellendum, sine quibus omnino uti non potest; sed si cum aliquo incommodo utatur, non esse praestandas.

2. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Si ab heredem ex testamento fundi ususfructus petitus sit, qui arbores deiecisset, aut aedificium demolitus esset, aut aliquo modo deteriorem usumfructum fecisset aut servitutes imponendo, aut vicinorum praedia liberando, ad iudicis religionem pertinet, ut inspiciat, qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit, ut usufructuario hoc, quod interest, ab eo servetur.

3. IULIANUS libro VII. (3) Digestorum.—Qui usumfructum traditum sibi ex causa fideicommissi desit in usu habere tanto tempore, quanto, si legitime eius factus esset, amissurus eum fuerit, actionem ad restituendum eum habere non debet; est enim absurdum, plus iuris habere eos (4), qui possessionem duntaxat ususfructus, non etiam dominium adepti sint.

4. IDEM libro XXXV. Digestorum.—Fundus detracto usufructu legatus est Titio, et eiusdem fundi ususfructus Sempronio sub conditione; dixi interim cum proprietate usumfructum esse, licet placeat, quum detracto usufructu fundus legatur, apud heredem usumfructum esse, quia paterfamilias, quum detracto usufructu fundum legat, et alii usumfructum sub conditione, non hoc agit, ut apud heredem ususfructus remaneat.

5. ULPIANUS libro XVII. ad Edictum (5).—Uti frui ius sibi esse solus potest intendere, qui habet usumfructum; dominus autem fundi non potest, quia qui habet proprietatem, utendi fruendi ius separatum non habet. Nec enim potest ei suus fundus servire; de suo enim, non de alieno iure quemque agere oportet. Quamquam enim actio negativa (6) domino competat adversus fructua-

rios sin los que no puede uno usufructuar; y por esto, si se legara un usufructo, es necesario también que le siga ingreso para él, de tal manera, que si alguno legara el usufructo de un lugar, de modo que el heredero no esté obligado a conceder camino, se considere esto como inútilmente añadido. Igualmente, si legado un usufructo se hubiera quitado el paso, es inútil la privación, porque sigue siempre al usufructo.

§ 2.—Pero si se hubiera legado un usufructo, para el que no hay entrada por un fundo de la herencia, ciertamente que reclamando en virtud del testamento conseguirá el usufructuario, que se le dé el usufructo con entrada.

§ 3.—Pero duda Pomponio en el libro quinto, si al usufructuario á quien se haya legado un usufructo se le deberá tan solamente la entrada y el paso, ó también el camino; y con razón opina, que se le ha de dar según lo que requiera la percepción del usufructo.

§ 4.—¿Pero deberá prestarle el heredero también otras utilidades y servidumbres, por ejemplo, de luces y de aguas, ó acaso no? Y opino que ha de ser compelido á prestar sólo aquellas sin las que absolutamente no puede usar; pero que si usara con alguna incomodidad, no han de ser prestadas.

2. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si en virtud del testamento se hubiera pedido el usufructo de un fundo al heredero, el cual hubiese arrancado los árboles, ó demolido el edificio, ó de otro modo deteriorado el usufructo ya imponiendo servidumbres, ya librando de ellas los predios de los vecinos, corresponde al deber del juez inspeccionar cómo haya estado el fundo antes de la aceptación del juicio, para que por él se conserve al usufructuario aquello que le interesa.

3. JULIANO; *Digesto, libro VII.*—El que dejó de usar por tanto tiempo por cuanto lo habría perdido, si legitimamente se hubiera hecho de él, el usufructo que por causa de fideicomiso se le entregó, no debe tener acción para que se le restituya; porque es absurdo, que tengan más derecho aquellos que obtuvieron solamente la posesión del usufructo, y no también el dominio.

4. EL MISMO; *Digesto, libro XXXV.*—Se legó á Ticio un fundo con deducción del usufructo, y á Sempronio el usufructo del mismo fundo bajo condición; dije que entretanto el usufructo estaba con la propiedad, no obstante que esté establecido, que cuando se lega un fundo con deducción del usufructo, queda el usufructo en poder del heredero, porque el padre de familia, cuando lega un fundo con deducción del usufructo, y á otro el usufructo bajo condición, no hace esto, para que el usufructo permanezca en poder del heredero.

5. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XVII.*—Sólo el que tiene el usufructo puede pretender que tiene el derecho de usufructuar; mas no lo puede el dueño del fundo, porque el que tiene la propiedad, no tiene por separado el derecho de usufructuar. Porque no puede prestarle servidumbre su propio fundo; pues cada cual debe reclamar por su propio derecho, no por el ajeno. Porque aun-

(1) iter, inserta la Vulg.  
(2) nisi, erradamente Hal.  
(3) XXXV., Hal.

(4) Hal., Vulg., eius, Fl.  
(5) XVIII. ad Sabinum, Hal.  
(6) negatoria, Hal., Vulg.

rium, magis tamen de suo iure agere videatur, quam alieno, quum invito se negat ius esse utendi (1) fructuario, vel sibi ius esse prohibendi. Quodsi forte qui agit, dominus proprietatis non sit, quamvis fructuarius ius utendi (2) non habet, vincet tamen iure, quo possessores sunt potiores, licet nullum ius habeant (3).

§ 1.—Utrum autem adversus dominum duntaxat in rem actio usufructuaria competat, an etiam adversus quemvis possessorem, quaeritur. Et Iulianus (4) libro septimo (5) Digestorum scribit, hanc actionem adversus quemvis possessorem ei competere; nam etsi fundo fructuario servitus debeatur, fructuarius non servitutem, sed usumfructum vindicare debet adversus vicini fundi dominum.

§ 2.—Si partis fundi ususfructus constituatur, potest de eo in rem agi, sive vindicet quis usumfructum, sive alii neget.

§ 3.—In his autem actionibus, quae de usufructu aguntur, etiam fructus venire, plus quam manifestum est.

§ 4.—Si post litem de usufructu contestatam fuerit finitus ususfructus, an alterius fructus desinant deberi? Et puto desinere; nam et si mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem praeteritorum duntaxat fructuum dandam Pomponius libro quadragesimo scribit. [6.] (6) Fructuario, qui vicit, omnis causa restituenda est; et ideo si servi fuerit ususfructus legatus, quidquid ex re fructuarii vel ex operis suis consecutus est, possessor debet restituere.

§ 5.—Sed et si forte tempore ususfructus amissus est, alio quidem possidente, alio autem liti se offerente, non sufficit eum usumfructum iterum renovare, verum cavere quoque eum de evictione ususfructus (7) oportet. Quid enim, si servum aut fundum is, qui possidebat, pignori dedit, isque ab eo, qui pignori accepit, iure uti prohibetur? Debet itaque habere cautum.

§ 6.—Sicut fructuario in rem confessoriam agenti fructus praestandi sunt, ita et proprietatis domino, si negatoria actione utatur. Sed in omnibus ita demum, si non sit possessor, qui agat, nam et possessori competunt; quod si possident, nihil fructuum nomine consequuntur. Quid ergo officium erit iudicis, quam hoc, ut securus consequatur fructuarius fruendi licentiam, proprietatis dominus ne inquietetur?

6. [7.] PAULUS libro XXI. ad Edictum. — Qui de usufructu iudicium accepit, si desierit possidere sine dolo, absolvetur; quodsi liti se obtulit, et quasi possessor actionem de usufructu accepit, damnabitur.

que competa al dueño contra el usufructuario la acción negativa, se reputa, no obstante, que demanda más bien por derecho propio que por el ajeno, cuando dice que no tiene el usufructuario derecho de usar contra su voluntad, ó que él tiene derecho para prohibirlo. Pero si acaso el que demanda no fuera dueño de la propiedad, aunque el usufructuario no tiene el derecho de usar, vencerá, sin embargo, por el derecho de que los poseedores son preferidos, aunque no tengan ningún derecho.

§ 1.—Pero se pregunta, si competará al usufructuario la acción real tan sólo contra el dueño, ó si también contra cualquier poseedor. Y escribe Juliano en el libro séptimo del Digesto, que le compete esta acción contra cualquier poseedor, porque aunque se deba servidumbre al fundo usufructuario, el usufructuario debe vindicar contra el dueño del fundo vecino no la servidumbre, sino el usufructo.

§ 2.—Si se constituyera usufructo de parte de un fundo, puede ejercitarse respecto de él la acción real, ya sea que alguien vindique el usufructo, ya que se lo niegue á otro.

§ 3.—Pero en estas acciones que se ejercitan respecto al usufructo, es más que evidente que se comprenden también los frutos.

§ 4.—Si después de contestada la demanda sobre un usufructo, se hubiere extinguido el usufructo, ¿dejarán acaso de deberse los frutos posteriores? Y yo opino que dejan de deberse; porque también si hubiere muerto el usufructuario, escribe Pomponio en el libro cuadragesimo, que se ha de dar á su heredero acción tan sólo por los frutos anteriores. [6.] Al usufructuario, que venció, se le ha de restituir toda ganancia del usufructo; y por esto, si se hubiere legado el usufructo de un esclavo, deberá restituir el poseedor cuanto adquirió en virtud de la cosa del usufructuario, ó de sus servicios.

§ 5.—Pero también si acaso se perdió por el lapso de tiempo el usufructo, poseyendo ciertamente uno, y oponiéndose otro á la demanda, no basta que renueve segunda vez el usufructo, sino que también debe él dar caución sobre la evicción del usufructo. Porque ¿qué se dirá, si el que posea un esclavo ó un fundo, lo dió en prenda, y á él se le prohíbe usar del derecho por el que lo recibió en prenda? Deberá, pues, tener recibida caución.

§ 6.—Así como se deben dar los frutos al usufructuario que reclama por la acción confesoria, así también al dueño de la propiedad, si usara de la acción negatoria. Pero así en todos los casos solamente si no fuera poseedor el que demande, porque competen también al poseedor; porque si poseen, no conseguirán nada por razón de frutos. ¿Cuál será, pues, el ministerio del juez, sino este, que consiga el usufructuario la licencia de usufructuar con seguridad, y que no se inquiete al dueño de la propiedad?

6. [7.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXI.*—Si el que aceptó el juicio de usufructo, sin dolo hubiere dejado de poseer, será absuelto; pero si se opuso á la demanda, y como poseedor aceptó la acción sobre el usufructo, será condenado.

(1) fruendi, inserta Hal.

(2) fruendi, inserta Hal.

(3) habeat, Vulg.

(4) possessorem? Q. Mutius et Iulianus, Hal.

(5) VI., Vulg.

(6) Según las ediciones vulgares.

(7) usufructuario, inserta Hal.

## TIT. VII

## DE OPERIS SERVORUM

[Cf. Cód. III. 33.]

1. PAULUS libro II. (1) ad Edictum. — Opera in actu consistit, nec ante in rerum natura est, quam si dies venit, quo praestanda est, quemadmodum quum stipulamur: «quod ex Arethusa (2) natum erit».

2. ULPIANUS libro XVII. ad Edictum (3). — Operae servi legatae capitis minutione non amittuntur.

3. GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale. — In hominis usufructu operae sunt, et ob operas mercedes.

4. IDEM libro II. de liberali causa Edicti urbanici (4). — Fructus hominis in operis consistit, et retro in fructu hominis operae sunt. Et ut in ceteris rebus fructus deductis necessariis impensis intelligitur, ita et in operis servorum.

5. TERENCE CLEMENTE libro XVIII. ad legem Iuliam et Papiam. — Operis servi legatis usum datum intelligi et ego didici, et Iulianus existimat.

6. ULPIANUS libro LV. ad Edictum (5). — Quum de servi operis artificis agitur, pro modo restituendae sunt, sed mediastini secundum ministerium; et ita Mela scribit.

§ 1.—Si minor quinque annis vel debilis servus sit, vel quis alius, cuius nulla opera esse apud dominum potuit, nulla aestimatio fiet.

§ 2.—Item voluptatis vel affectionis aestimatio non habebitur, veluti si dilexerit cum dominus, aut in deliciis habuerit.

§ 3.—Ceterum deductis necessariis impensis fiet aestimatio.

## TIT. VIII

## DE USU ET HABITATIONE

[Cf. Cód. III. 33.]

1. GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale. — Nunc videndum de usu et habitatione.

§ 1.—Constituitur etiam nudus usus, id est sine fructu, qui et ipse iisdem modis constitui solet, quibus et usufructus.

2. ULPIANUS libro XVII. (6) ad Sabinum. — Cui usus relictus est, uti potest, frui non potest. Et de singulis videndum.

§ 1.—Domus usus relictus est aut marito, aut mulieri; si marito, potest illic habitare non solus,

(1) XXI., Hal.

(2) Arethusa, Hal.

(3) XVIII. ad Sabinum, Hal.

## TÍTULO VII

## DEL TRABAJO DE LOS ESCLAVOS

[Véase Cód. III. 33.]

1. PAULO; Comentarlos al Edicto, libro II.—El trabajo consiste en un acto, y no existe en la naturaleza de las cosas antes que comience á correr el término en que se ha de prestar, así como cuando estipulamos: «lo que hubiere nacido de Aretusa».

2. ULPIANO; Comentarlos al Edicto, libro XVII.—Los servicios de un esclavo que se legaron no se pierden por la disminución de cabeza.

3. GAYO; Comentarlos al Edicto provincial, libro VII.—En el usufructo de un esclavo se comprende su trabajo, y las retribuciones por su trabajo.

4. EL MISMO; Edicto urbano sobre los juicios de libertad, libro II.—El usufructo de un esclavo consiste en su trabajo, y al contrario, en el usufructo de un esclavo se comprende su trabajo. Y así como en las demás cosas el fruto se considera deducidos los gastos necesarios, así también en el trabajo de los esclavos.

5. TERENCE CLEMENTE; Comentarlos á la ley Julia y Papia, libro XVIII.—Yo aprendí, y estima Juliano, que legado el trabajo de un esclavo se entiende dado su uso.

6. ULPIANO; Comentarlos al Edicto, libro LV.—Cuando se reclaman los trabajos de un esclavo artifice, se han de restituir en justa medida; pero los de un esclavo de baja ocupación, según su ministerio; y así lo escribe Mela.

§ 1.—Si el esclavo fuera menor de cinco años, ó de débil complexión, ú otro cualquiera, cuyo trabajo no pudo ser de utilidad alguna para el señor, no se hará estimación alguna.

§ 2.—Tampoco se hará estimación de gusto ó de afición, por ejemplo, si el señor le hubiere querido mucho, ó le hubiere tenido para sus diversiones.

§ 3.—Por lo demás, se hará la estimación deducidos los gastos necesarios.

## TÍTULO VIII

## DEL USO Y DE LA HABITACIÓN

[Véase Cód. III. 33.]

1. GAYO; Comentarlos al Edicto provincial, libro VII.—Ahora se ha de tratar del uso y de la habitación.

§ 1.—Constitúyese también el nudo uso, esto es, sin el usufructo, el cual también se suele constituir de los mismos modos que el usufructo.

2. ULPIANO; Comentarlos á Sabino, libro XVII.—Aquel á quien se dejó el uso puede usar, pero no puede usufructuar. Y se ha de tratar de cada cosa.

§ 1.—Se dejó el uso de una casa ó al marido, ó á su mujer; si al marido, puede habitar en ella no

(4) urbici, Fl. según reciente corrección, Br.; VI. ad Edictum urbanicum, título de liberali causa, Hal.

(5) Paulus libro XXI. ad edictum, Hal.

(6) XVIII., Hal.

verum cum familia quoque sua; an et cum libertis, fuit quaestionis. Et Celsus scripsit: et cum libertis; posse hospitem quoque recipere; nam ita (1) libro octavo decimo (2) Digestorum scripsit, quam sententiam et Tubero probat. Sed an etiam inquilinum recipere possit, apud Labeonem meminimus tractatum libro Posteriorum. Et ait Labeo, eum, qui ipse habitat, inquilinum posse recipere; item (3) et hospites, et libertos suos,

3. PAULUS libro III. ad Vitellium.—et clientes;

4. ULPIANUS libro XVII. (4) ad Sabinum.—ceterum sine eo ne hos quidem habitare posse. Proculus autem de inquilino notat, non belle (5) inquilinum dici, qui cum eo habitet. Secundum haec, et si pensionem percipiat, dum ipse quoque inhabitat, non erit ei invidendum; quid enim, si tam spatiosae domus usus sit relictus homini medioeri, ut portiuncula contentus sit? Sed et cum his, quos loco servorum in operis habet, habitabit, licet liberi sint, vel servi alieni.

§ 1.—Mulieri autem si usus relictus sit, posse eam et cum marito habitare, Quintus Mucius primus admisit, ne ei matrimonio carendum foret, quum uti vult domo; nam per contrarium, quin uxor cum marito possit habitare, nec fuit dubitatum. Quid ergo, si viduae legatus sit, an nuptiis contractis post constitutum usum mulier habitare cum marito possit? Et est verum, ut et Pomponius libro quinto, et Papinianus libro nono decimo Quaestionum probat, posse eam cum viro et postea nubentem habitare. Hoc amplius Pomponius ait, et cum socero habitaturam.

5. PAULUS libro III. ad Sabinum.—Imo et socer cum nuru habitabit, utique quum vir una sit (6).

6. ULPIANUS libro XVII. (7) ad Sabinum.—Non solum autem cum marito, sed et cum liberis libertisque habitare, et cum parentibus poterit; et ita et Aristo notat apud Sabinum. Et hucusque erit procedendum, ut eosdem, quos masculi, recipere et mulieres possint.

7. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Non aliter autem mulier hospitem recipere potest, quam si is sit, qui honeste cum ea, quae usum habeat, habitaturus sit.

8. ULPIANUS libro XVII. (8) ad Sabinum.—Sed neque locabunt seorsum, neque concedent habitationem sine se, nec vendent usum.

§ 1.—Sed si usus aedium mulieri legatus sit ea conditione: «si a viro divortisset», remittendam

sólo él, sino también con su familia; pero se discutió, si también con sus libertos. Y Celso escribió, que también con sus libertos; y que podrá asimismo recibir un huésped; porque así lo escribió en el libro décimo octavo del Digesto, cuyo dictamen aprueba también Tuberon. Mas recordo que discutió Labeon en el libro de los Posteriores, si también podía admitir un inquilino. Y dice Labeon, que el que personalmente habita puede recibir inquilino; asimismo también huéspedes, y a sus libertos,

3. PAULO; *Comentarios á Vitelio, libro III.*—y á sus clientes;

4. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—pero que sin él, ni éstos ciertamente pueden habitar. Mas Próculo nota en cuanto al inquilino, que no se dice propiamente inquilino al que habite con él. Según esto, tampoco se le ha de reprochar, aunque perciba alquiler, mientras él mismo también habite allí; porque ¿qué se dirá si á un hombre de mediana esfera se le hubiese dejado el uso de una casa tan espaciosa, que estuviera contenida con una pequeña parte? La habitará, no obstante, también con aquellos á quienes tiene en lugar de esclavos para los trabajos, aunque sean libres, ó esclavos ajenos.

§ 1.—Mas si á la mujer se hubiera dejado el uso, Quinto Mucio fué el primero que admitió, que podía ella habitarla también con su marido, para que no hubiera de estar privada del matrimonio, al querer usar de la casa; porque por el contrario, ni se dudó que la mujer podía habitar con el marido. Pero ¿qué, si se hubiera legado á una viuda, habiendo contraído nupcias después de constituido el uso, podrá la mujer habitar con su marido? Y es verdad, como aprueban Pomponio en el libro quinto, y Papiniano en el libro décimo noveno de las Cuestiones, que puede ella habitar con su marido aun después de casada. Pomponio dice además de esto, que ha de habitar también con su suegro.

5. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Mas bien, también el suegro habitará con la nuera, con tal que el marido esté en su compañía.

6. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Mas no sólo podrá habitar con su marido, sino también con sus hijos y libertos, y con sus padres; y así lo nota también Aristo en Sabino. Y en esto se habrá de llegar hasta decir, que también las mujeres pueden recibir á los mismos que los hombres.

7. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Mas no puede la mujer recibir huésped de otra suerte, que si éste fuera alguien que hubiera de habitar honestamente con aquella que tenga el uso.

8. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Pero ni la arrendarán separadamente, ni concederán la habitación sin ellos mismos, ni venderán el uso.

§ 1.—Pero si á una mujer se hubiera legado el usufructo de casas con esta condición: «si se hu-

(1) Paulus, inserta la Vulg.

(2) libro septimo, Hal.; VIII., Vulg.

(3) idem. Taur.

(4) XVIII., Hal.

(5) velle, Vulg.

(6) hoc utique, cum viro iuncta sit, Hal.

(7) XVIII., Hal.

(8) XVIII., Hal.

ei conditionem, et cum viro habitaturam; quod et Pomponius libro quinto probat.

9. PAULUS libro III. ad Sabinum.—Ceterarum quoque rerum usu legato dicendum est, uxorem cum viro in promiscuo usu eas res habere posse.

10. ULPIANUS libro XVII. (1) ad Sabinum.—Si habitatio legetur, an perinde sit, atque si usus, quaeritur. Et effectum quidem idem paene esse legatum usus et habitationis et Papinianus consensit libro octavo decimo Quaestionum. Denique donare non poterit, sed eas personas recipiet, quas et usufructarius; ad heredem tamen nec ipsa transit, nec non utendo amittitur, nec capituli diminutione.

§ 1.—Sed si *χρησις* [usus] sit relicta, an usus sit, videndum; et Papinianus libro septimo (2) Responsorum ait, usum esse, non etiam fructum relictum.

§ 2.—Sed si sic relictus sit: «illi domus usufructus habitandi causa», utrum habitationem solam, an vero et usufructum habeat, videndum; et Priscus, et Neratius putant, solam habitationem legatam; quod est verum. Plane si dixisset testator: «usum habitandi causa», non dubitarem, quin valeret.

§ 3.—Utrum autem unius anni sit habitatio, an usque ad vitam, apud veteres quaesitum est. Et Rutilius, donec vivat, habitationem competere ait; quam sententiam et Celsus probat libro octavo decimo (3) Digestorum.

§ 4.—Si usus fundi sit relictus, minus utique esse, quam fructum, longeque (4), nemo dubitat. Sed quid in ea causa sit, videndum; et Labeo ait, habitare eum in fundo posse, dominumque prohibeturum illo venire, sed colonum non prohibeturum, nec familiam, scilicet eam, quae agricolandi causa illic sit. Ceterum si urbanam familiam illo mittat, qua ratione ipse prohibetur, et familiam prohibendam eiusdem rationis est. Idem Labeo ait, et cella vinaria, et olearia eum solum usurum, dominum vero invito eo non usurum.

11. GAIUS libro II. (5) *Rerum quotidianarum sive Aureorum*.—Inque eo fundo haecenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, neque his, per quos opera rustica fiunt, impedimento sit; nec ulli alii ius, quod habet, aut vendere, aut locare, aut gratis concedere potest.

12. ULPIANUS libro XVII. (6) ad Sabinum.—Plenum autem usum debet habere, si et villae, et praetorii ei relictus est. Venire plane (7) proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicendum est; et per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic posse, admittendum est.

§ 1.—Praeter habitationem, quam habet, cui

(1) XVIII., Hal.  
(2) IV., Vulg.  
(3) XIX., Vulg.  
(4) longeque distans, Hal.

biese divorciado de su marido», se le ha de dispensar la condición, y habrá de habitarlas con su marido; lo que aprueba también Pomponio al libro quinto.

9. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—También cuando se ha legado el uso de las demás cosas se ha de decir, que la mujer puede tener estas cosas en uso común con su marido.

10. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Si se legara la habitación, preguntase si será lo mismo, que si el uso. Y que en cuanto al efecto ciertamente es casi lo mismo el legado de uso que el de habitación, lo estimó también Papiniano en el libro décimo octavo de las Cuestiones. En suma, no podrá hacer donación, pero recibirá á las mismas personas que el usuario; mas tampoco ella pasa al heredero, ni se pierde por el no uso, ni por la disminución de cabeza.

§ 1.—Pero si se hubiera dejado el disfrute, se ha de ver, si será el uso; y dice Papiniano en el libro séptimo de las Respuestas, que se dejó el uso, y no también el usufructo.

§ 2.—Pero si se hubiera dejado así: «á aquel el usufructo de la casa para habitarla», se ha de ver si tendrá la sola habitación, ó si también el usufructo; y opinan Prisco y Neracio, que se legó la sola habitación; lo que es verdad. Pero si el testador hubiese dicho: «el uso para habitarla», no dudariamos que valdría.

§ 3.—Pero se discutió por los antiguos, si la habitación sería por un sólo año, ó por toda la vida. Y dice Rutilio, que mientras uno viva, le compete la habitación; cuya opinión aprueba también Celse al libro décimo octavo del Digesto.

§ 4.—Si se hubiera legado el uso de un fundo, nadie duda que es ciertamente menos, y mucho, que el usufructo. Pero se ha de ver qué se comprenda en este legado; y dice Labeo, que puede uno habitar en el fundo, y prohibir que el dueño vaya á él, pero que no lo prohibirá al colono, ni á la familia, esto es, á los esclavos que allí hubiera para cultivar el campo. Pero si enviase allí sus esclavos de la ciudad, hay la misma razón para prohibírsele á éstos, que para que á él se le prohiba. Dice el mismo Labeo, que sólo él usará de la cueva del vino, y de la despensa del aceite, y que contra su voluntad no usará de ellas el dueño.

11. GAYO; *Diario, libro II.*—Y le es lícito morar en aquel fundo, sólo en cuanto ni sea molesto al dueño del fundo, ni sirva de impedimento á aquellos por quienes se hacen las faenas del campo; y no puede ni vender, ni dar en arriendo, ni conceder gratuitamente á ninguna otra persona el derecho que tiene.

12. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XVII.*—Mas debe tener el uso pleno, si se le dejó tanto el de la casa de campo, como el de la residencia y de los almacenes. Y á la verdad, más bien se ha de decir, que puede ir el propietario para percibir los frutos; y se ha de admitir, que por el tiempo de la recolección de los frutos también puede habitar allí.

§ 1.—Además de la habitación, que tiene aquel

(5) III., Hal.  
(6) XVIII., Hal.  
(7) posse, inserta Hal.

usus datus est, deambulandi quoque et gestandi ius habebit. Sabinus et Cassius, et lignis ad usum quotidianum, et horto, et pomis, et oleribus, et floribus, et aqua usurum, non usque ad compendium, sed ad usum, scilicet non usque ad abusum. Idem Nerva; et adiicit, stramentis etiam usurum, sed neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum. Sed Sabinus et Cassius et Labeo et Proculus hoc amplius etiam ex his, quae in fundo nascuntur, quod ad victum sibi suisque (1) sufficiat, sumturum, et ex his, quae Nerva negavit. Iuventius, etiam cum convivis et hospitibus posse uti. Quae sententia mihi vera videtur; aliquo enim largius cum usuario agendum est pro dignitate eius, cui relictus est usus. Sed utetur is, ut puto, duntaxat in villa. Pomis autem, et oleribus, et floribus, et lignis, videndum, utrum eodem loco utatur duntaxat, an etiam in oppidum ei deferri possint? Sed melius est accipere, et in oppidum deferenda; neque enim grave onus est horum, si abundant in fundo.

§ 2.—Sed si pecoris ei usus relictus est, puta gregis ovilis, ad stercoreandum usurum duntaxat Labeo ait; sed neque lana, neque agnis, neque lacte usurum; haec enim magis in fructu esse. Hoc amplius etiam modico lacte usurum puto, neque enim tam striete interpretandae sunt voluntates defunctorum.

§ 3.—Sed si boum armenti usus relinquatur, omnem usum habebit et ad arandum, et ad cetera, ad quae boves apti sunt.

§ 4.—Equitii quoque legato usu videndum, ne (2) et domare possit, et ad vehendum sub iugo uti. Et si forte auriga fuit, cui usus equorum relictus est, non puto eum Circensibus his usurum, quia quasi locare eos videtur; sed si testator sciens, eum huius esse instituti et vitae, reliquit, videtur etiam de hoc usu sensisse.

§ 5.—Si usus ministerii alicui fuerit relictus, ad suum ministerium utetur, et ad liberorum coniugisque, (neque) videbitur alii concessisse, si simul cum ipsis utatur. Quamquam si filiofamilias usus servi sit relictus vel servo, patri domi nove acquisitus, (3) ipsius duntaxat usum exigat (4), non etiam eorum, qui sunt in potestate.

§ 6.—Operas autem servi usarii non locabit, neque alii utendo concedet; et ita Labeo. Quemadmodum enim concedere alii operas poterit, quum ipse uti debeat? Idem tamen Labeo putat, si fundum conduxerit quis, usarium servum posse ibi operari. Quid enim interest, in qua re opera eius utatur? Quare et si lanam conduxerit usarius expediendam, poterit etiam per usarias ancillas opus perficere; idemque, si vesti-

à quien se dió el uso, tendrá también el derecho de pasearse y el de conducir. Sabino y Cassio dicen, que para el uso cotidiano puede servirse de la leña, y del huerto, y de las frutas, y de las hortalizas, y de las flores, y del agua, no hasta realizar ganancia, sino para el uso, esto es, no hasta el abuso. Lo mismo dice Nerva; y añade, que también podrá usar de la cama de paja de los animales, pero que no habrá de servirse ni de las hojas, ni del aceite, ni del trigo, ni de los frutos. Pero Sabino, y Cassio, y Labeon, y Próculo añaden además esto, que podrá tomar lo que baste para su sustento y el de los suyos también de lo que nace en el fundo, y de aquellas cosas que negó Nerva. Juvencio dice, que también puede usar de ello con sus convidados y huéspedes. Cuya opinión me parece verdadera; porque se ha de proceder con alguna más largueza respecto al usuario, según la dignidad de aquel á quien se dejó el uso. Pero éste usará, según opino, solamente en la casa de campo. Pero se ha de ver, ¿caso de las frutas, de las hortalizas, de las flores, y de la leña usará solamente en el mismo lugar, ó también se le podrán llevar á la ciudad? Pero es mejor admitir que también se le pueden llevar á la ciudad; porque tampoco es pesado el gravamen de estas cosas, si abundaran en el fundo.

§ 2.—Pero si se le dejó el uso de un ganado, por ejemplo, de un rebaño de ovejas, dice Labeon, que solamente ha de usar de él para estercolar; pero que no debe servirse ni de la lana, ni de los corderos, ni de la leche; porque estas cosas se comprenden más bien en los frutos. Pero yo en esto opino más latamente, que también podrá usar de una moderada cantidad de leche, porque tampoco se han de interpretar tan estrictamente las voluntades de los difuntos.

§ 3.—Mas si se dejara el uso de una piara de bueyes, tendrá el pleno uso así para arar, como para lo demás para que son aptos los bueyes.

§ 4.—Legado también el uso de una yeguada, se ha de ver, si no podrá también domar, y usar de los caballos para el transporte de tiro. Y si acaso fué cochero aquel á quien se dejó el uso de los caballos, no creo que podrá él usar de ellos para los juegos del Circo, porque se considera como si los alquilara; pero si se los dejó el testador sabiendo que él tenía tales ocupación y género de vida, se entiende que también comprendió este uso.

§ 5.—Si se hubiere dejado á alguno el uso del servicio de un esclavo, usará de éste para su servicio, y para el de sus hijos y de su mujer, y no se entenderá que lo haya cedido á otro, si juntamente con éstos usara de él. Aunque si á un hijo de familia, ó á un esclavo se le hubiera dejado el uso de un esclavo, adquirido para el padre ó el señor, exija éste tan sólo su propio uso, y no también el de aquellos que están bajo su potestad.

§ 6.—Mas no dará en arriendo los servicios del esclavo usuario, ni cederá á otro su uso; y así lo dice Labeon. Porque ¿de qué modo podrá conceder á otro los servicios, debiendo ser él mismo quien los use? Pero el mismo Labeon opina, que si alguno hubiere tomado en arriendo un fundo, puede trabajar en él el esclavo usuario. Porque ¿qué importa que use de sus servicios en una cosa cualquiera? Por lo que también si el usuario hu-

(1) Antiguamente en el código Fl., Br.; suis, Taur.

(2) ne, inserta antigua corrección en el código Fl., Br.; an, Vulg.; num, otros en Hal.

(3) in, inserta Hal.

(4) exigatur, Hal.

menta texenda redemerit, vel insulam vel navem fabricandam, poterit ad haec operis uti usuarii (1). Nec offendetur illa Sabini sententia, ancillae usu dato ad lanificium eam non mitti (2), nec ex operis mercedem capi, sed sibi lanam facere iure cogere; sibi enim facere videtur, qui non operas eius locavit, sed opus, quod conduxit, expedit; idem et Octavenus probat.

13. GAIUS libro VII. ad Edictum provinciale. — Sed ipsi servo ancillae pro opera mercedem imponi posse, Labeoni placet.

14. ULPIANUS libro XVII. (3) ad Sabinum. — Per servum usuarium si stipuler, vel per traditionem accipiam, an acquiram, quaeritur, si ex re mea, vel ex operis eius. Et, si quidem ex operis eius, non valebit, quoniam nec locare operas eius possumus; sed si ex re mea, dicimus servum usuarium stipulantem, vel per traditionem accipientem mihi acquirere, quum haec opera eius utar.

§ 1.—Ususfructus, an fructus legetur, nihil interest; nam fructui et usus inest, usui fructus deest; et fructus quidem sine usu esse non potest, usus sine fructu potest. Denique si tibi fructus deducto usu legatus sit, inutile esse legatum, Pomponius libro quinto ad Sabinum scribit; et si forte usufructu legato fructus adimatur, totum videri ademptum scribit. [15.] (4) Sed si fructus sine usu, videri constitutum (5), qui et ab initio constitui potest. Sed si fructu (6) legato usus adimatur, Aristo scribit, nullam esse ademptionem; quae sententia benignior est.

§ 2.—Usu legato si eidem fructus legetur, Pomponius ait confundi eum cum usu. Idem ait, et si tibi usus, mihi fructus legetur, concurrere nos in usu, me solum fructum habiturum.

§ 3.—Poterit autem apud alium esse usus, apud alium fructus sine usu, apud alium proprietas; veluti si qui habet fundum, legaverit Titio usum, mox heres eius tibi fructum legaverit, vel alio modo constituerit.

15. [16.] PAULUS libro III. ad Sabinum. — Fundi usu legato licebit usuario et ex penu, quod in annum duntaxat sufficiat, capere; licet mediocris praedii eo modo fructus consumantur, quia et domo, et servo ita uteretur, ut nihil alii fructuum nomine superesset.

§ 1.—Sicut is, cui usus fundi legatus est, quominus dominus agri colendi causa ibi versetur,

biere tomado en arrendamiento lana para beneficiarla, podrá también hacer el trabajo valiéndose de las esclavas usuarias; y lo mismo, si hubiere tomado en arriendo el tejer vestidos, ó el construir una casa ó una nave, podrá usar para estas cosas de los servicios del esclavo usuario. Y no se contradirá la opinión de Sabino, de que dado el uso de una esclava no se la ha de enviar á una fábrica de lana, ni se ha de percibir salario por su trabajo, sino que con derecho puede obligarla á trabajar la lana para él; porque se entiende que la hace trabajar para él, el que no dió en arriendo su trabajo, sino que ejecutó la obra que tomó arrendada. Lo mismo aprueba también Octaveno.

13. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro VII.—Pero parece bien á Labeon, que al mismo esclavo ó á la esclava puede imponérsele cierta retribución en lugar de su trabajo.

14. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.—Si por medio de un esclavo usuario estipulase yo, ó recibiere alguna cosa mediante entrega, preguntase si adquiriré en virtud de cosa mía, ó de su trabajo. Y si ciertamente por su trabajo, no será válido, porque no podemos ni dar en arriendo su trabajo; pero si en virtud de cosa mía, decimos que el esclavo usuario que estipula, ó que por entrega recibe alguna cosa, la adquiere para mí, puesto que uso de este trabajo suyo.

§ 1.—Nada importa que se legue el usufructo, ó el fruto; porque en el fruto está contenido también el uso, y al uso le falta el fruto; y el fruto no puede ciertamente estar sin el uso, y el uso puede estar sin el fruto. Finalmente, si se te hubiera legado el fruto deducido el uso, escribe Pomponio en el libro quinto de sus comentarios á Sabino, que es inútil el legado; y si acaso habiéndose legado el usufructo, se quitara el fruto, escribe que se entiende que se quitó todo. [15.] Pero si el fruto sin el uso, se considera constituido, porque también desde un principio puede constituirse. Pero si legado el fruto se quitara el uso, escribe Ariston, que es nula la privación; cuya opinión es más moderada.

§ 2.—Legado el uso, si al mismo se legase el fruto, dice Pomponio que éste se confunde con el uso. Dice el mismo que si á tí se te legara el uso, y á mí el fruto, concurrirnos nosotros en el uso, y que el fruto lo tendré yo solo.

§ 3.—Mas podrá tener uno el uso, otro el fruto sin el uso, otro la propiedad; por ejemplo, si el que tiene un fundo hubiere legado á Ticio el uso, y después su heredero te hubiere legado á tí el fruto, ó de otro modo lo hubiere constituido.

15. [16.] PAULO; Comentarios á Sabino, libro III.—Legado el usufructo de un fundo, le será lícito al usuario tomar también de las provisiones lo que baste tan sólo para el año; aunque de este modo se consuman los frutos de un predio mediocre, porque también usarla de la casa y del esclavo de suerte que por razón de frutos nada quedase para otro.

§ 1.—Así como aquel á quien se legó el uso de un fundo no puede prohibir que á él vaya el pro-

(1) usuarius, Hal. Vulg.

(2) admitti, Hal. Vulg.

(3) XVIII., Hal.

(4) Según las ediciones vulgares.

(5) Según la lectura usual; Sed si de fructu sine usu ad-

mendo sensit, quare non dicamus, usum videri constitutum, Vulg.; Sed si de fructu sine usu sensit, usum videri constitutum, Hal.

(6) usufructu, al margen interior del código Fl.

prohibere non potest, alioquin et frui dominum prohibebit, ita nec heres quidquam facere debet, quo minus is, cui usus legatus est, utatur, ut bonus paterfamilias uti debet.

16. [17.] POMPONIUS *libro V. ad Sabinum*.—Si ita legatus esset usus fundi, ut instructus esset, earum rerum, quae instrumento fundi essent, perinde ad legatarium usus pertinet, ac si nominatim ei earum rerum usus legatus fuisset.

§ 1.—Dominus proprietatis etiam invito usufructuario vel usuario fundum, vel aedes per salutarium, vel insularium custodire potest; interest enim eius, fines praedii tueri. Eaque omnia dicenda sunt, quolibet modo constitutus usufructus vel usus fuerit.

§ 2.—Servo, cuius usum duntaxat, non etiam fructum habemus, potest et a nobis quid donari, vel etiam ex pecunia nostra negotiatum esse (1), ut quidquid eo modo adquisierit, in peculio nostro sit.

17. [18.] AFRICANUS *libro V. Quaestionum*.—Filiofamilias vel servo aedium usu legato, et utile legatum esse existimo, et eodem modo persecutionem eius competituram, quo competeret, si fructus quoque legatus esset. Itaque non minus absente, quam praesente filio servove pater dominusve in his aedibus habitabit.

18. [19.] PAULUS *libro IX. ad Plautium*.—Si domus usus legatus sit sine fructu, communis reffectio est rei in sartis tectis tam heredis, quam usuarii. Videamus tamen, ne, si fructum heres accipiat, ipse reficere debeat; si vero talis sit res, cuius usus relegatus (2) est, ut heres fructum percipere non possit, legatarius reficere cogendus est; quae distinctio rationem habet.

19. [20.] IDEM *libro III. ad Vitellium*.—Usus pars legari non potest; nam frui quidem pro parte possumus, uti pro parte non possumus (3).

20. [21.] MARCELLUS *libro XIII. (4) Digestorum*.—Servus, cuius mihi usus legatus est, accipiet mihi, si institor erit, et operis eius utar in taberna, nam mercibus vendendis emendisque accipiet mihi; sed et si iussu meo, per traditionem accipiet.

21. [22.] MODESTINUS *libro II. Regularum*.—Usus aquae personalis est, et ideo ad heredem usuarii transmitti non potest.

22. [23.] POMPONIUS *libro V. ad Quintum Mucium*.—Divus Hadrianus, quum quibusdam usus silvae legatus esset, statuit fructum quoque iis legatum videri, quia nisi liceret legatariis caede-

pietario para cultivar el campo, porque de otra suerte impedirá también que el dueño usufructúe, así tampoco debe el heredero hacer cosa alguna por la que no use aquel á quien se legó el uso, como debe usar un buen padre de familia.

16. [17.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si se hubiese legado el uso de un fundo de suerte que estuviese provisto de los enseres, el uso de aquellas cosas, que sirviesen de enseres del fundo, pertenece al legatario, lo mismo que si especialmente se le hubiese legado el uso de aquellas cosas.

§ 1.—El dueño de la propiedad, aunque sea contra la voluntad del usufructuario ó del usuario, puede guardar el fundo ó la casa por medio de guardabosque, ó de conserje; porque le interesa guardar los lindes del predio. Y todo esto se ha de decir, de cualquier modo que se hubiere constituido el usufructo ó el uso.

§ 2.—Al esclavo, del cual tan sólo tenemos el uso, y no también el fruto, se le puede donar aún por nosotros alguna cosa, ó también permitir que haya negociado con nuestro dinero, de suerte que lo que de este modo haya adquirido ingrese en nuestro peculio.

17. [18.] AFRICANO; *Cuestiones, libro V.*—Legado el uso de casas á un hijo de familia, ó á un esclavo, opino que es útil el legado, y que ha de competir su persecución del mismo modo que competiera, si también se hubiese legado el fruto. Y así, no menos estando ausente, que presente, el hijo ó el esclavo, el padre ó el señor habitará en aquellas casas.

18. [19.] PAULO; *Comentarios á Plaucio, libro IX.*—Si se hubiera legado el uso de una casa sin el fruto, la reparación de la casa para tenerla en buen estado es común tanto al heredero, como al usuario. Pero veamos, si es que si el heredero percibiera los frutos, no deba él mismo repararla; y si la cosa, cuyo uso se legó, fuera tal, que el heredero no pueda percibir los frutos, ha de ser obligado el legatario á repararla; cuya distinción se funda en razón.

19. [20.] EL MISMO; *Comentarios á Vitelio, libro III.*—No puede legarse parte del uso; porque podemos ciertamente usufructuar en parte, pero usar en parte no podemos.

20. [21.] MARCELO; *Digesto, libro XIII.*—El esclavo, cuyo uso se me legó, adquiere para mí, si fuere factor de comercio, y yo utilizare sus servicios en una tienda, porque vendiendo y comprando mercaderías adquiere para mí; pero también si por mi mandato adquiriere mediante entrega.

21. [22.] MODESTINO; *Reglas, libro II.*—El uso del agua es personal, y por esto no puede transmitirse al heredero del usuario.

22. [23.] POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro V.*—Habiéndose legado á algunos el uso de una selva, determinó el Divino Adriano, que también se les considerara legado el fruto, porque

(1) negotiatio permitti, Hal.  
(2) legatus, Vulg.

(3) Br. considera palabras sospechosas uti pro parte non possumus; Taur. no hace respecto de ellas ninguna indicación.  
(4) XII., Hal.

re silvam et vendere, quemadmodum usufructuariis licet, nihil habituri essent ex eo legato.

§ 1.—Licet tam angustus est legatarius, cui domus usus legatus est, ut non possit occupare totius domus usum, tamen iis, quae vacabunt, proprietarius non utetur, quia licebit usuario aliis et aliis temporibus tota domo uti, quum interdum domini quoque aedium, prout temporis conditio exigit, quibusdam utantur, quibusdam non utantur (1).

§ 2.—Usu legato si plus usus sit legatarius, quam oportet, officio iudicis, qui indicat, quemadmodum utatur, quid continetur? Ne aliter, quam debet, utatur.

23. [24.] PAULUS libro I. (2) ad Neratium.—Neratius: usuariae rei speciem is, cuius proprietatis est, nullo modo commutare potest. Paulus (3): deteriorem enim causam usuarii facere non potest; facit autem deteriorem etiam in meliorem statum commutata.

## TIT. IX

USUFRUCTUARIUS QUEMADMODUM  
(CAVEAT) (4)

1. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum.—Si cuius rei usufructus legatus sit, aequissimum Praetori visum est, de utroque legatarium cavere, et usurum se boni viri arbitrato, et, quum usufructus ad eum pertinere desinet, restitutum, quod inde extabit.

§ 1.—Haec stipulatio, sive mobilis res sit sive soli, interponi debet.

§ 2.—Illud sciendum est, ad fideicommissa etiam aptari eam debere. Plane et si ex mortis causa donatione usufructus constituatur, exemplo legatorum debet haec cautio praestari; sed et si ex alia quacunque causa constitutus fuerit usufructus, idem dicendum est.

§ 3.—Cavere autem debet, viri boni arbitrato perceptum iri usufructum, hoc est, non deteriorem se causam usufructus facturum, ceteraque facturum, quae in re sua faceret.

§ 4.—Recte autem facient et heres, et legatarius, qualis res sit, quum frui incipit legatarius, si in testatum redegerint, ut inde possit apparere, an et quatenus rem peiorem legatarium fecerit.

§ 5.—Utilius autem visum est, stipulatione de hoc caveri, ut, si quis non viri boni arbitrato utatur, committatur (5) stipulatio statim; nec expectabimus, ut amittatur usufructus.

§ 6.—Habet autem stipulatio ista duas causas, unam, si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur, aliam de usufructu restituendo; quarum prior statim committetur, quam aliter fuerit usus,

si no les fuera licito á los legatarios hacer cortas en la selva y venderlas, al modo que es licito á los usufructuarios, nada habrían de tener por virtud de este legado.

§ 1.—Aun cuando el legatario, á quien se legó el uso de una casa, tenga tan poca familia, que no pueda ocupar, usándola, toda la casa, sin embargo, el propietario no usará de la porción que quedare vacante, porque será licito al usuario usar de toda la casa en unas y otras épocas, puesto que á veces también los dueños de casas usan de una parte, y no usan de otra, según lo requieren las circunstancias de la estación.

§ 2.—Legado el uso, si el legatario hubiera usado de más de lo que debe, ¿qué se determinará por ministerio del juez que juzga de la manera cómo usa? Que no use de otra manera que como debe.

23. [24.] PAULO; *Comentarios á Neracio, libro I.*—Dice Neracio: aquel de quien es la propiedad no puede en modo alguno cambiar la especie de la cosa usuaria. Dice Paulo: porque no puede empeorar la condición del usuario; y la empeora aun conmutando en mejor el estado de la cosa.

## TÍTULO IX

DE QUÉ MODO DEBE DAR CAUCIÓN EL  
USUFRUCTUARIO

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.*—Si se hubiera legado el usufructo de una cosa, le pareció muy justo al Pretor, que el legatario diera caución de estas dos cosas, de que él usará á arbitrio de buen varón, y de que cuando deje de pertenecerle el usufructo restituirá lo que de él quedare.

§ 1.—Debe interponerse esta estipulación, ya sea la cosa mueble, ya inmueble.

§ 2.—Ha de saberse, que también debe aplicarse ella á los fideicomisos. Ciertamente que también si el usufructo se constituyera en donación por causa de muerte, deberá prestarse esta caución así como en los legados; pero también si el usufructo se hubiere constituido por otra cualquier causa, se ha de decir lo mismo.

§ 3.—Pero debe dar caución de que se habrá de percibir el usufructo á arbitrio de buen varón, esto es, de que él no habrá de hacer peor la causa del usufructo, y que hará lo demás que haria en cosa suya.

§ 4.—Mas así el heredero como el legatario harán bien, si hicieren constar en testimonio cuál sea el estado de la cosa, cuando el legatario comienza á usufructuar, para que de este modo pueda evidenciarse, si el legatario haya deteriorado la cosa, y en cuánto.

§ 5.—Pero pareció más útil que en la estipulación se dé caución de esto, de que si alguno no usará á arbitrio de buen varón, se incurra desde luego en la estipulación; y no esperaremos á que se pierda el usufructo.

§ 6.—Mas tiene esta estipulación dos partes, una, si alguien usara de otro modo que el que juzgará un buen varón, otra, sobre la restitución del usufructo; en la primera de las que se incurrirá

(1) quibusdam non utantur, se consideran añadidas por antiguos copistas.

(2) al., Hal.

(3) Paulus, omítela la Vulg.

(4) Según Br.; pero en Taur. no hay el paréntesis.

(5) Otros en Gothofr.; committitur, Fl.

et saepius (1) committetur, sequens committetur finito usufructu.

§ 7.—Sed quod diximus, id, quod inde extabit, restitutum iri, non ipsam rem stipulatur proprietarius; inutiliter enim rem suam stipulari videbitur, sed stipulatur restitutum iri, quod inde extabit. Interdum autem inerit proprietatis aestimatio, si forte fructuarius, quum possit usucapionem interpellare, neglexit; omnem enim rei curam suscipit,

2. PAULUS libro LXXV. ad Edictum.—nam fructuarius custodiam praestare debet.

3. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum.—Omnes autem casus continentur huic stipulationi, quibus ususfructus amittitur.

§ 1.—Desinere pertinere usumfructum accipiemus, etiamsi nec coeperit pertinere, quamvis legatus sit; et committetur nihilo minus stipulatio, quasi desinat pertinere, quod nec coepit.

§ 2.—Si ususfructus repetitus erit legato, quotiesque amissus fuerit, nisi (2) utiliter fuerit cautum, committetur ista stipulatio, sed exceptione opus erit.

§ 3.—Sed et si quis usumfructum tibi legaverit, et sub conditione, «si liberos habueris», proprietatem, amisso usufructu committetur quidem stipulatio, sed exceptio locum habebit.

§ 4.—Si heres alienaverit proprietatem, et postea amittatur ususfructus, an ex stipulatu agere possit, videamus. Et fortius dici potest, ipso iure non committi stipulationem, quia neque heredi successoribusve eius restitui potest, neque is, cui potest, id est, ad quem pervenit proprietatem, pertinet ad stipulationem. Sed is, ad quem pervenit, tempore quaesiti domini sibi prospicere alia cautione debet; quod et si non fecerit, nihilo minus in rem actione uti potest.

4. VENULEIUS libro XII. (3) Stipulationum.—Si fructuarius proprietatem assecutus fuerit, desinit quidem ususfructus ad eum pertinere propter confusionem, sed si ex stipulatu cum eo agitur, aut ipso iure inutiliter agi dicendum est, si viri boni arbitrium huc usque porrigitur, aut in factum excipere debebit.

5. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum.—Huic stipulationi dolum malum abesse abfuturumque esse continetur; et quum in rem sit doli mali mentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur, successorum et adoptivi patris.

§ 1.—Sed si usus sine fructu legatus erit, adempta fructus causa satisfacere iubet Praetor; hoc merito, ut de solo usu, non etiam de usufructu (4) caveatur.

desde luego que se hubiere usado de distinto modo, y se incurre muchas veces; en la segunda se incurre finido el usufructo.

§ 7.—Pero porque hemos dicho, que se habrá de restituir lo que de él quedare, no estipula el propietario la misma cosa; porque se consideraría que inútilmente estipula su propia cosa, sino que estipula que se habrá de restituir lo que de ella quedare. Pero á veces estará comprendida la estimación de la propiedad, si acaso el usufructuario, pudiendo interrumpir la usucapion, lo descuidó; porque se encargó de todo el cuidado de la cosa,

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXXV.*—porque el usufructuario debe responder de la custodia.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.*—Mas contiéense en esta estipulación todos los casos en que se pierde el usufructo.

§ 1.—Entenderemos que deja de pertenecer el usufructo, aun cuando no haya comenzado á pertenecer, aunque haya sido legado; y se incurrirá no obstante en la estipulación, cual si dejara de pertenecer lo que ni aun comenzó.

§ 2.—Si se hubiere repetido en el legado el usufructo, cuantas veces se hubiere perdido, á no ser que útilmente se hubiere dado caución, se incurrirá en esta estipulación, pero se necesitará la excepción.

§ 3.—Pero también si alguno te hubiere legado el usufructo, y bajo la condición «de si hubieres tenido hijos» la propiedad, perdido el usufructo se incurrirá ciertamente en la estipulación, pero tendrá lugar la excepción.

§ 4.—Si el heredero hubiere enagenado la propiedad, y después se perdiese el usufructo, veamos si se podrá reclamar en virtud de lo estipulado. Y con más razón se puede decir que de derecho no se incurre en la estipulación, porque ni se puede restituir á su heredero ó á sus sucesores, ni aquel á quien se puede, esto es, á cuyo poder fué la propiedad, está sujeto á la estipulación. Pero aquel á cuyo poder fué, debe asegurarse con otra caución al tiempo de haber sido adquirido el dominio; y si no hubiere hecho esto, puede, no obstante, usar de la acción real.

4. VENULEYO; *Estipulaciones, libro XII.*—Si el usufructuario hubiere adquirido la propiedad, por causa de la confusión deja ciertamente de pertenecerle el usufructo, pero si contra él se reclama por razón de lo estipulado, ó se ha de decir que de derecho inútilmente se reclama, si hasta esto se extiende el arbitrio de buen varón, ó deberá oponer la excepción que resulta del hecho.

5. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.*—Comprendese en esta estipulación, que no haya, ni haya de haber dolo malo; y habiéndose hecho la mención del dolo malo sobre la cosa, se considera que comprende el dolo de todos, el de los sucesores, y el del padre adoptivo.

§ 1.—Pero si se hubiere legado el uso sin el fruto, manda el Pretor que se dé fianza, deducida la causa del fruto; y esto con razón, para que se dé caución sólo del uso, y no también del usufructo.

(1) saepissime, Hal.  
(2) licet, otros en Hal.  
(3) VIII., Hal.

(4) Taur.; fructu, Fl. según antigua corrección, Br.

§ 2.—Ergo et si fructus sine usu obtigerit, stipulatio locum habebit.

§ 3.—Et si habitatio, vel operae hominis, vel cuius alterius animalis relictæ fuerint, stipulatio locum habebit, licet per omnia hæc usumfructum non imitantur.

6. PAULUS libro LXXV. ad Edictum.—Idem est, et in reditu prædii, sicuti si vindemia legata esset, vel messis, quamvis ex usufructu ea percipiantur, quæ legata morte legatarii ad heredem redeunt.

7. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum.—Et si ususfructus nomine re tradita satisdatum non fuerit, Proculus ait, posse heredem rem vindicare; et si obiciatur exceptio de re ususfructus nomine tradita, replicandum erit. Quæ sententia habet rationem; sed et ipsa stipulatio condici poterit.

§ 1.—Quum ususfructus pecuniæ legatus (1) esset, exprimi debent hi duo casus in stipulatione: «quum morieris, aut capite minueris, dari», idcirco hi duo soli casus, quoniam pecuniæ usus aliter amitti non potest, quam his casibus.

8. PAULUS libro LXXV. ad Edictum.—Si tibi ususfructus, et mihi proprietas legata sit, mihi cavendum est; sed si mihi sub conditione proprietas legata sit, quidam et Marcianus, et heredi et mihi cavendum esse putant; quæ sententia vera est. Item si mihi legata sit, et quum ad me pertinere desierit, alii, et hic utrisque cavendum ut supra, placuit. Quodsi duobus coniunctim ususfructus legatus sit, et invicem sibi cavere debent, et heredi in casum illum, «si ad socium non pertineat ususfructus, heredi reddi».

9. ULPIANUS libro LI. ad Edictum.—Si ususfructus mihi legatus sit, eumque restituere sim Titio rogatus, videndum est, quis debeat cavere, utrum Titius, an ego, qui legatarius sum; an illud dicimus, mecum heredem acturum (2), cum fideicommissario me agere debere? Et est expeditius hoc dicere, si mihi spes aliqua durat ususfructus, et, quum tu amiseris, potest ad me recidere, hoc est ad legatarium, ita rem expediri, ut tu mihi, ego domino proprietatis caveam. Quodsi fideicommissarii causa ususfructus mihi relictus est, nec est ulla spes ad me revertendi fructus, recta via fideicommissarium cavere oportet domino proprietatis.

§ 1.—Illud sciendum est, sive iure ipso quis usumfructum habet, sive etiam per tuitionem Prætoris, nihilo minus cogendum esse fructuarium cavere, aut actiones suscipere.

§ 2.—Por consiguiente, también si hubiere correspondido el fruto sin el uso, tendrá lugar la estipulación.

§ 3.—Y si se hubieren dejado la habitación, ó los servicios de un esclavo, ó los de otro cualquier animal, tendrá lugar la estipulación, aunque estas cosas no son en todo semejantes al usufructo.

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXXV.*—Lo mismo es también respecto al rédito de un predio, como si se hubiese legado la vendimia, ó la miés, aunque por razón del usufructo se perciban estas cosas, que legadas vuelven al heredero por la muerte del legatario.

7. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXXIX.*—Y si entregada una cosa por razón del usufructo, no se hubiere dado fianza, dice Próculo, que el heredero puede vindicar la cosa; y si se opusiera la excepción de haber sido entregada la cosa por razón del usufructo, se habrá de replicar. Cuyo dictamen está fundado en razón; pero también podrá reclamarse por la condición la misma estipulación.

§ 1.—Cuando se hubiese legado el usufructo de una cantidad de dinero, deben expresarse estos dos casos en la estipulación: «que se dé, cuando murieres, ó disminuyeres de cabeza», y precisamente estos dos solos casos, porque el uso de una cantidad de dinero no puede perderse mas que en estos casos.

8. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXXV.*—Si á tí se te hubiera legado el usufructo, y á mí la propiedad, se me ha de dar caución; pero si bajo condición se me hubiera legado la propiedad, algunos con Marciano opinan que se ha de dar caución así al heredero como á mí; cuya opinión es verdadera. Igualmente, si me hubiese sido legada á mí, y, luego que hubiere dejado de pertenecerme, á otro, pareció bien que se ha de dar caución á ambos también en este caso, como en el anterior. Pero si se hubiera legado el usufructo conjuntamente á dos, también deberán darse caución recíprocamente, y al heredero en el caso de que «si el usufructo no perteneciera al socio, se devuelva al heredero».

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LI.*—Si se me hubiera legado el usufructo, y se me hubiese rogado que lo restituya á Ticio, se ha de ver quién deba dar caución, si Ticio, ó yo, que soy el legatario; ¿ó acaso diremos que el heredero habrá de reclamar contra mí, y que yo debo dirigirme contra el fideicomisario? Y es más expedito decir esto, que si á mí me queda alguna esperanza de usufructo, y cuando tú lo hubieres perdido puede recaer en mí, esto es, en el legatario, la cosa se resuelve de modo que tú me des caución á mí, y yo al dueño de la propiedad. Pero si el usufructo se me dejó á mí por causa del fideicomisario, y no hay esperanza alguna de que á mí revierta el usufructo, conviene que el fideicomisario dé caución directamente al dueño de la propiedad.

§ 1.—Ha de saberse, que ya si alguno tiene el usufructo por el mismo derecho, ya también si por protección del Pretor, se ha de obligar, no obstante, al usufructuario á dar caución, ó á tomar á su cargo las acciones.

(1) relictus, *Vulg.*

(2) ut caveat et, *inserta Hal.*